

RELATIO
STATUS ECCLESIÆ
SARSINATENSIS,
Ac Exerciti Paſtoralis Officii

A'

R. P. D.


JOANNE BAPTISTA BRASCHIO
EPISCOPO SARSINÆ, COMITE BOBII, &c.

Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli
Sacra Limina viſitante
Anno MDCCIII.

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO PATRI

CLEMENTI
PAPÆ XI.

EXHIBITA.



61

ROMÆ, Typis Lucæ Antonii Chracas propè S. Marcum
in via Curſus, MDCCIV.
SUPERIORUM FACULTATE.

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO PATRI

CLEMENTI PAPÆ XI.

JOANNES BAPTISTA EPISCOPUS SARSINAE FOELICITATEM.



NA Fides, una Christianorũ collectio, (1) unius Mediatoris Dei, & hominũ Christi Jesu *nacta dignatione salutem, unum veneratur in Terris Ecclesiæ Caput, Petrum, cui dictum est* (2) Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, (3) & tu aliquando conversus confirma Fratres tuos. *Ad Sanctitatis Vestræ Gloriam*

1 1. Timot. 2. 5.

2 Matth. 16. 18.

3 Luc. 22. 32.

riam nunc devolutâ Petri Successione, jam tota in (4) *Vobis est Vicaria Christi potestas; & ut Vestro confirmentur obtutu Coepiscopi Fratres ad Pedes Vestros humili* (5) *prostratione se sistunt. Eâdem Religione duce minimus ego Antistitum, dudum Episcopali honore prò Sarsinati Ecclesia suffultus,* (6) *vestigia Vestra tenens accumbo, & dum ad Sacra Petri, & Pauli Apostolorum Limina me provolvo, gratiæ Vestræ in me firmari præsidium,* (7) Spiritus Vestri duplex *in me munimen fieri exopto. Id ut prò voto succedat, en Sanctitati Vestræ* (8) de statu Ecclesiæ, *cui servio*, & de toto meo Pastorali officio, *pro duplici facta cum suscepto Sacerdotio sponsione, redditam omni obsequio rationem.*

4 In plurali scribendum esse Pōtifici ostendunt querimoniæ Hadriani PP. 4. adversus Epist. Federici I. Imper.

5 Etiam Episcopos decet se prosternere ad pedes Pontificis. Card. Baron. an. 512. n. 57.

6 Hoc verbo usus est Andreas Episc. Prævalitan. scribēs Hormisdæ PP.

Et Episcopi Orientales scribētes Symmacho Pap. ex to. 2. Ep. Rom. Pont.

7 4. Reg. 2. 9.

8 Ex formul. juram. electi in Episc. ut in Pontifical. de Consec. Episc.

SAR-



SARSINATENSIS Ecclesia, Dignitatis, Nobilitatis, pluriumque Jurium clara præconiis, antiquæ inhæret Sarsinæ Civitati, quam & potentia, & sæcularium quandòque splendor honorum fecit Urbem electam, Civitatem laudis, ac perfecti decoris: (9) Quippè Sarsina Reipublicæ quondam dignitate potita, & Regio nomine, pró prisci temporis (10) conditione, ditata, quingentis, & ultrà Oppidis jura dedit; Sapiniæ Tribus, à Sapi Flumine dictæ, Metropolis fuit, ac Romanis Militum aciem ad subsidium contulit; (11) non servili, sed sociali auxilio, Boijos primò plectens, indè ad Cannem militans contra Pænos. De hac, prelio depressâ (12) Gneus Cornelius Scipio, de subactâ post quadriennium Decimus Junius Pera, (13) & successivè Numerius Fabius

9 *Fusè de his agit Philippus Antoninus Hist. Sarsin.*

10 *Etiam loca non ampla Regiò nomine antiquitus potiebantur. Justin. lib. 1.*

11 *Polyb. lib. 2.*

12 *Marmor. Capitolin. an. V. C. 483.*

13 *Ex Triumph Capitol. 26. Septem. an. V. C. 487 & 5. Octob. eod. an.*

bius Pictor Consules triumpharunt. Exindè Sarsina Romanæ fortunæ paruit, (14) Municipii tamen privilegio insignita, propriis legibus vivens, ac in Tribu Pupiniâ descripta, in quâ Sarsinates, tanquam Romani Cives cum jure suffragii, calculos dabant. Patritios suos habuit Lucium Vafrium Medicinâ clarum; Cæsium Sabinum laudibus (15) Martialis clariorem, (16) Accium Plautum suis Comœdiis Clarissimum, aliosque plures, quibus Patria Monumenta decus, fama nomen, marmora dant honorem. Amplam autem fuisse Urbem, (17) *Ædes, Compita, Porticus, Tabernæ*, quibus abundabat, nec non aquæductus, Thermæ, Statuæ, Sepulchra Numismata, Epitaphia, Lucernæ, aliaque plurima Nobilissimæ antiquitatis rudera, quæ supersunt, compellunt, credere vel invitos. Profectó quomodò Romanos, (18) Amicos viginti millium Bellatorum subsidio adiuvasset? hostes quomodò sustinuisset quadraginta millium pugnatorum, (19) sub duobus Consulibus expeditione irruentes, nisi fortis, præpotens, & perampla? His accedit quod in locum Flaminum, Diis Sarsinatum sub Ethnicâ superstitione famulantium, promulgatâ jam Christi Fide, (20) successit Episcopalis honor, quem non

14 *Histor. Sarsin. c.* 4.

15 *Martial. lib.* 7. *Epigram.*

16 *S. Hieron. in Chron.*

17 *Martial. lib.* 7. *Epigr.*

18 *Polyb. l.* 2.

19 *Phil. Antonin. Histor. Sarf. c.* 1. & 4.

20 *S. Clemen. epist. ad Jacob. frat. Dñi, c. in illis dist.* 80.

non in parvis Oppidis, sed in amplioribus (21) tantum Urbibus constitui posse cautum fuit. Pluribus itàque Gloriæ titulis antiquitus præstans Urbs Sarsinæ, aliarum subindè fato, Romanorum potentiæ paruit: Postmodum sub Septimio Cæsare incendium, Terræmotum sub Decio, sub Gallieno passa impetum Tyrannorum, ruente Imperio corruit: Ab Odoacre Herulorum Duce direpta, (22) & ab Alarico Gothorum Regè penè omninó destructa: Suis tamen è ruinis emergens, imminuta non deleta, Civitatis locum tenuit, modó Gothis vim facientibus, modò Exarchis, modò Longobardis obtemperans, donec his omnibus Italiâ pulsis, proprium Episcopum (23) in Temporalibus Dominum habuit, facta Caput Comitatus Bobii. Verum á (24) Francisco Ordelapho Foroliviensi, mox à Nereo Fageola Feretrano, indè á Novello Malatesta Cæsenati, postmodum á Pandulpho Malatesta Ariminensi, ac demum à Cæsare Borgia Duce Valentino tyrannicè subtracta Episcopo Sarsinati vero Domino, è fælici tandem S. Sedis Apostolicæ Dominio ad Familiam (25) de Piis Carpensem, exindè ad Aldobrandiniam Florentinam, ac novissimè ad Pamphiliam Romanam pertransiit.

21 *Paschal. 2. PP. ep. ad Gulielm. Melphit. Epis. an.* 1102. *Concil. Laodic. c.* 57. *Concil. Sardic. c.* 6. *c. Episcopi, c. Urbes, dist.* 80. *Concil. London. c.* 3.

22 *Histor. Sarsin c.* 3. & 7.

23 *Histor. Sarsin. c.* 7.

24 *Breve Gregor. PP.* 11. *anno* 1374.

25 *Anno* 1519.

Huic ergò Civitati Sarsinatensis Ecclesia inhæret, quæ Ravennatis Metropolitanæ (26) suffraganea est, & Insignis (27) Ecclesiæ Dignitate, ac denominatione potitur, habetque Parochias quinquaginta quatuor, Ecclesias centum viginti sex, Altaria ducenta octaginta novem, Abbatias sex, Beneficia non Parochialia quinquagintaunum, Confraternitates octoginta, Hospitalia novem, Regularium Hospitia duo, Eremum unam; nullum autem, sivè Virorum, sivé Mulierum Monasterium, nullam quoque Collegiatam, etsi quondam Archipresbyteralis Ecclesia Sancti Damiani quatuor Canonicos habuerit.

Cathedralis Ecclesia competens est, & decora, triplici fornice, ac binâ Columnarum serie constructa, in quâ duo Mansionarii sunt, & duodecim Capitulares, nempè octo Canonici Noviores á Cæsare Reghino Episcopo erecti, ac tres antiquiores, nec non Archidiaconatus unica Dignitas: (Erant aliquandò & Archipresbyter, & Præpositus, atque duo Canonici Supranumerarii, sed jam desiere;) Non desunt attamen (28) Theologus, & (29) Pœnitentiarius. Ipsorum Canonicatuum duo sunt (30) Subdiaconales, unus Diaconalis, & reliqui Pres-

26 *Ex Privil. Valentinian. I. Imper. ad favor. Eccles. Raven.*

27 *Ex Instrumentis Investit. Feudor. Nobil. Eccl. Sarsin.*

28 *Ad præscript. Concil. Lateran. 4. c. 11. Concil. Trid. sess. 5. c. 1.*

29 *Ad præscript. Concil. Trid. sess. 24. c. 8.*

30 *Ad præscript. Concil. Trid. sess. 24. c. 12.*

Presbyterales, ex quibus quinque sunt Juris patronatus Episcopi; tres Familiæ de Reghinis Pontremulensis, reliquos antiquæ Erectionis Capitulum nominare prætendit. Omnes de Capitulo ad residentiam, & ad Missam per turnum cantandam tenentur, atque ad hostias, & vinum Sacristiæ, ac stipendium duobus Sacristanis ministrandum. Theologus tamen, & Canonicus Præbendæ, quam nunc possidet D. Paulus Gualterius diebus tantum Festis inserviunt Ecclesiæ, & quoties ad eam descendit Episcopus, quem tunc omnes de Capitulo, & Clero in Aula superiori Episcopii exceptum (31) ad Ecclesiam ducunt, sed redeuntem vix ad minorem Cathedralis (32) tam reducunt, intolerabili abusu por contrà apertissima Cæremonialis Episcoporum, ac Decretorum Sacræ Congregationis verba introducto. Omnes etiam de Capitulo in Choro utuntur albo superpelliceo, nec non laneo Epitrachelio, Archidiaconus violacei, & Canonici nigri coloris, Mansionarii bætico, seù leonato utuntur. Massam distributionum Chorales non habent, sed abscentes punctaturis ad contributionem, interessentibus accrescentem, coguntur. Sacristia tamen peculiares redditus habet; sicut & Mensæ Capitu-

31 *Ad præscript. Concil. Laodic.* c. 56. *Concil. Mediol. Act. Eccl. Mediol. l.* 3. *ti.* 24. c. 28.

32 *Cærem. Episc. l.* 1. *c.* 15. *S.Cong. in Portugall. Decemb.* 1630.

 lari

lari prædia, census, redditusque non desunt, cum pluribus Missarum oneribus; Item Emphiteutica, quæ ad tertiam generationem conceduntur, acceptis pro Laudemio quinque pro centenario.

Canonici Sarsinates vitam communem (33) regulariter viventes quondam agebant in domo Canonica, privilegiis ab Uberto Primo, & Divizone Episcopis, atque à (34) Calixto Papa II. & (35) Lucio Papa III. insigniti: Jurisdictione quoque utentes in districtu Padernæ, Senzolæ, Pagni, Comnisii, aliorumque locorum pro indiviso cum Episcopo, & Incolæ Sapigni dicebantur homines Canonicæ Sarsinatensis, verum hæc omnia evanuerunt. Est in Cathedrali Organum decenter ornatum, Presbyteriū Clathris marmoreis obductum, & quatuor laterales Capellæ uniformes à Bernardino Marchesio Episcopo pridem constructæ, nec non aliæ duæ hinc indè ad Altare Majus, quarum dextera Sanctissimo Sacramento dicata est, ejusque Altare (36) Gregorii XIII Diplomate quotidie privilegiatum est pro Defunctis: Sinistra Sacra est Sancto Vicinio Episcopo Sarsinæ, ac præcipuo Civitatis, Diœcesisque Patrono, cujus Corpus ibi sub Altari requiescit, (37) pars verò Ca-

33 *Ad præscript. Concil. Rom. an.* 1059. *c.* 4. *Concil. Clarom. c.* 9. *Concil. Turon.* 3. *c.* 23. *Concil. Toletan.* 4. *c.* 24. *Concil. Mogunt. c.* 9.

34 *Brev. Calix. PP.* 2. 4. *Non. April. an.* 1121.

35 *Brev. Lucii PP.* 2. *anno* 1183.

36 *Brev. Gregor. PP.* 13. 5. *Aug.* 1586.

37 *Vit. S. Vicin. impress. Foroliv. an.* 1663.

Capitis Bledæ in Etruriâ. Sunt in ipsâ Cathedrali plures Reliquiæ, in Ciborio super Altari Majori, quatuor Columnis marmoreis insidenti, decenter custoditæ, quarum publica quotannis fit ostensio die 28 Augusti Festo S. Vicinii, quo die ferrea quoque Cathena, pœnitentiæ titulo diú per ipsum Sanctum collo delata, & quondam á fure rapta, sed (ejus ope, qui immittit in impios (38) *spiritum vertiginis*, & errare facit in invio, & non in via) prodigiosè recuperata, & ad energumenos curandos celeberrima, solemni Processione circumfertur. Unica est in Civitate Parçcia, quæ pridem Archipresbyterali Ecclesiæ S. Joannis inerat, sed hac dirutâ, Archidiaconatui unita est, & ad Cathedralem translata, ubi Fons Baptismalis habetur, omniaque Parochialia exercentur. Sunt in ipsâ Cathedrali tres Laicorum Confraternitates, una Sanctissimi Sacramenti, altera Sanctissimi Rosarii, tertia Redemptionis Captivorum. Est & Societas S. Monicæ prò Mulieribus, atque alia Centum Confratrum, mutuo quinque Missarum suffragio in funere se juvantium.

38 *Isai.* 19.14.

Eidem Cathedrali ad Septentrionem adest Sacristia, & Capitulum, (39) *universa supellectili, quæ ad cultum Dei* per-

39 *Exod.* 30. 28.

pertinet, honestè provisum. Ad Meridiem verò adhæret Campanile altum, testudine piramidali tectum, ubi quatuor Campanæ habentur, ad Sacros tantum usus inservientes: Adhæret & (40) Episcopium, amplum satis, & decorum, in quo mobilia quædam parvi momenti sunt, sed melior Bibliotheca, libris à Leandro de Piis, & Cæsare Reghino Episcopis instructa. Est & nobile Viridarium speciosum, amplum, & amœnum, floribus, fructibus, & oleribus abundans, ab Angelo Perutio Episcopo muris undequaque septum, ac duobus vallis cum intermedio peristylio, Sapi flumini supereminens.

40 *Ad præscript. Concil. Carthag.* 4. c. 13.

Prædicatorem in Cathedrali (41) deputat, & alit Episcopus, Civitate ad stipendium Quadragesimale concurrente. Oppida quoque Ranchii, Verghereti, Ceulæ, Linarii, & alia, ubi prædicatur, stipendium Prædicatoribus ministrant, quos omnes eligit Episcopus, uno excepto Glageoli, quem Marchio de Balneo Mantuanus præsentat, & altero Fori Saraceni, quem alternis annis Episcopus eligit, alternis Episcopo approbandum præsentant homines dicti loci.

41 *Ad præscriptum Concil. Later.* 4. c. 10. *Concil. Trid. sess.* 24. c. 4. *Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. l.* 2. *t.* 12.

Ultrà Cathedralem duæ Ecclesiæ in Civitate sunt: Altera S. Gregorii, ubi

Mis-

Missæ ad suffragium Defunctorum, & Oratorii S. Philippi Nerii exercitia celebrantur: Altera (42) S. Hyppolithi, cui adhæret Seminarium, à Carolo Bovio Episcopo erectum, in quo (43) Pueri Scientiis, Cantu Ecclesiastico, bonisque moribus imbuuntur, Parochis Diœcesanis Ludimagistro stipendium solventibus; Cantum verò docenti sua merces in tot Censibus est assignata.

Ipsa Civitas est in Æmilia, Diœcesim habens è plano ad Alpium supercilia fluentem, latitudine viginti, longitudine viginti & octo milliaria excedentem, ac Cæsenati, Britonoriensi, Feretranæ, Aretinæ, atque Biturigiensi Diœcesibus conterminam; & per Ecclesiastici, ac Florentini Dominii, necnon plurium Baronum loca protensam; ejusque Oppida præcipua sunt *Forum Saracenum*, quod cum suis adnexis dicitur Viscontatus Terrarum Poderis, & Episcopo Sarsinati pridem (44) in temporalibus suberat, sed à Tyrannis vi occupatum, ad Ecclesiam tandem Ravennatem transivit: *S. Damianum*, in quo est Archipresbytalis Ecclesia, pinguibus fructibus, & Emphiteuticorum concessione decora. *Vergberetum* Caput Regionis Florentini Dominii; *Ceula* præcipuū Castrum Jurisdictionis Temporalis E-

pis-

42 *Erecta an.* 1284 *in qua est memoria Indulgentiæ concessæ coniunctim à* 14 *Episcopis diversarū Nationum, congregatis Urbeveter. eod. anno.*

43 *Ad præscript. Concil. Trid sess.* 23. *c.* 18. *Concil. Tolet.* 4. *c.* 24. *Concil. Aquisgr. sub Lud. Pio c.* 135. *Concil. Later.* 3. *c.* 18.

44 *Philipp. Antonin. Histor. Sarsin. c.* 6. 7.

piſcopi; ac demum *Ranchium*, & *Linarium*. Diœceſani ſunt omnes Catholici, in qua Fide jam à primis Chriſti Sæculis Eccleſia Sarſinatenſis permanſit, nunquam hæreſi, nunquam ſchiſmate deturpata.

Numerantur ex eâ tres Sancti Epiſcopi, nempe (45) *S. Vicinius*, qui ex Liguria huc acceſſit, in Monte Muſellæ diù Anacoriticam vitam duxit, ac electus Epiſcopus, per viginti octo ferè annos Eccleſiam Sarſinatem rexit; & SS. *Rufinus* ac Apollinaris de quo, præter nomen, vix aliud innoteſcit. Sanctus quoque *Albericus*, qui diù ſolitarius in Monte hujus Diœceſis vixit, ſuperſtitemque adhuc Eremum, ac Oratorium Teſtes ſuæ vitæ reliquit. Beata itidem *Agnes* Virgo Principis Sarſinatis Filia, quæ longam in Sylvis pœnitentiam egit, ac vicina Balnea ſanandi virtute ditavit, ejuſque Corpus in Parochiali Pereti requieſcit. Venerabiles tādem Viri (46) *Marius*, & (47) *Jacobus* de Foro Saraceno, alter Octavus, alter duodecimus Generales Capucinorum, virtutibus, & ſignis illuſtres, quorum primus Tolentini, ſecundus Genuæ diem clauſit extremum.

Epiſcopatus quondam redditibus affluebat, maximè ob venas ſulphureas, quas jure directi Dominii primò poſſidebat

45 *Vit. S. Vicin. apud Petrum. Ferret. in Bibliothec. Vatic. volum.* 5834. *Vit. S. Vicin. impreſſ. Foroliv. an.* 1663.

46 *Zachar. Bover. Annal. Capuc an.* 1581.

47 *Zachar. Bover. loc. cit. an.* 1586.

debat in diſtrictu Montis Guidonis, & Baciolini, mox in (48) retributionem acceperat ob detractam Epiſcopo ipſorum locorum ditionem, tempore Clementis Papæ VIII, ſed ſub Urbano Papa VIII dum vacaret Epiſcopatus(49) amiſſis etiam ipſis venis, quæ poſſeſſori nunc exiguum, tunc vero lautum dabant lucrum Epiſcopo, depauperatus eſt. Emphiteuticum quoque Jus, quod habebat in Curte Careſti, Sagliaccii, Valdagneti, Faciani, Ruſcelli, Vexæ, Balnei, ac Terrarum Poderis, occupatis per extraneos his locis, perdidit; Et pro Emphitheuticis Attegii nonniſi parvas quaſdã hordei menſuras recipit. Hodiernus attamen valor Epiſcopatus mille ſcuta tranſcendit, quæ ex Prædiorum, Cenſuum, Cathedratici, aliorumque jurium fructibus acervantur. His accedunt Laudemia, in agro Montis Guidonis, & Baciolini ad rationem decem pro centenario ſumi conſueta; In Territorio verò Sarſinæ, Ceulæ, ac Montisalti cum eorum adnexis ad rationem ſeptem cum dimidio: Eodem modo exigebantur in diſtrictu Montis Juſti, ſed Incolis duo tantum pro centenario ſe debere contendentibus, tanquam gaudentibus Privilegiis Civitatis Cæſenæ, in cujus Territorio ſunt, repetitæ Romanæ Rotæ De-

48 *Motu prop. Clem. PP. 8. Pontific. an. 3.*

49 *Motu prop. Urban. PP. 8. die 5. Novem. 1632.*

Decisiones (50) contra Episcopum prodiere; Ubilibet autem Emphiteutica Mensæ Episcopalis ad tertiam Generationem masculinam, vel etiam ex gratia fœmininam conceduntur.

Episcopus honorem habet, ac denominationem Abbatis Sancti Salvatoris in Sumano ob Abbatiam talis nominis à Monachis Camaldulensibus quandoque possessam, indè á Pio Papa V Episcopatui perpetuo unitam, in qua exercetur Cura Parochialis per Capellanum amovibilem ab Episcopo stipendiatum. A Gregorio quoque Papa XI datus est Episcopo Prioratus Cellæ inter Paras, sed hic nunc ab Eremitis Camaldulensibus possidetur.

Multa sanè Sarsinatis Ecclesiæ Jura, etsi cum ipsa Ecclesia sub protectione S. Petri (51) ab Hadriano Papa IV suscepta, periere: Quæ quidem, vel temporum, vel hominum invidia suppresserit, nescitur; hoc unum scitur, periisse. Sic pridem suberat Episcopo in Temporalibus (52) Territorium Plebis, seu Abbatiæ Balnei, ipsamque Abbatiam ab Episcopo Feretrano Judice sententialiter Episcopo Sarsinati adiudicatam; Indè à (53) Calixto Papa II eidem Ecclesiæ confirmatam; usque ad viciniora tempora in Spiritualibus ab Epis-

copo

50 *Rot.decis.* 454. *p.* 1. *Rec.* 1. *Februar.* 1613. *Rot. coram Burat.* 9. *Decembr.* 1619. *dec.* 435. & 4. *Decembr.* 1624. *dec.* 831. *Sententia R. P. D. Ghislerii* 13. *Novemb* 1643. *Rot.coram Ghislier.* 30. *April.* 1646. *confirm. coram Albergat.* 19. *Junii* 1656. *Favet tamen Episcopo Sarsinæ Rot coram Ghislier.* 17. *Junii* 1640. *dec.* 277. *p.*8. *Recen.*

51 *Bul.Hadrian. PP.* 4. 13. *Kal. Apriil.* 1154.

52 *Privil.Thomæ Foliani an.* 1259 *Histor.Sarsin.c.*3.

53 *Bul.Calix.PP.* 2. 4. *non. April.* 1121.

copo rectam esse invenitur; itaut Episcopus Edicta pro Concursibus Parochialium proponeret, ac Beneficia, (54) Gregorio Papa XIII approbante, conferret. Ecclesiam similiter S. Petri in Balneo, aliasque Ecclesias dictæ Abbatiæ visitaret, ac Parochos ad Synodum Diœcesanam, (55) Sacra Concilii Congregatione decernente, vocaret. Subditos etiam Abbatiæ S. Illari de Galeata nullius Diœcesis (56) Clementis Papæ VIII statuto Episcopus Sarsinæ promovebat, eisve ad Ordines suscipiendos Testimoniales literas concedebat, & alia peragebat, quæ regimen dictæ Abbatiæ concernebant, sed hæc omnia, (57) *fuissent quasi non essent*, jam penitus defecere.

Unum non omittam, Episcopum Sarsinæ primum locum in Sessionibus, Conventibus, & Conciliis inter Episcopos Provinciales tenuisse; & quidem in Diplomate, per quod fertur (58) Valentinianum Augustum Metropolis Dignitate Ravennatem Ecclesiam auxisse, primus inter Suffraganeos enumeratur Episcopus Sarsinæ: In privilegiis quoque donationum à Ludovico Pio, (59) & Othone Magno Imperatoribus Romanæ Ecclesiæ Factorum, primo loco post Ravennam Sarsina ponitur,

54 *Breve Cregor. PP.* 13. *die* 15. *Jul.* 1577.

55 *S.Cong. Concil.* 14. *Febr.* & 12. *Octob.* 1579.

56 *Lit. Card. Mattheii jussu Clem. PP.* 8. *die* 21. *Jul.* 1592.

57 *Job.* 10. 19.

58 *Privil. Valent. Imp. Kalen. Januar. an.* 427.

59 *Ut ex ipsis Privileg. apud Histor.*

vulgò Bobium: (60) In Historiis etiam non semel primo loco inter Comprovinciales nominatur Episcopus Sarsinatensis; Qui sanè hac illustri prælationis honorificentiâ non decidit ex eo quod Sarsina, de prisca ruens amplitudine, sit mœniis, aut incolis diminuta (61) *ubicumque etenim fuerit Episcopus*, inquit S. Hieronymus, *sive Constantinopoli, sive Regii, sive Alexandriæ, sive Tanis ejusdem est meriti, e usdem dignitatis: Potentia divitiarum, vel paupertatis humilitas sublimiorē, vel inferiorem non facit Episcopum.* Profectò Ecclesiarum Jura, (62) non ab Urbiū latitudine, Civiumque numero, sed á Sedis Dignitate dependet, aliàs nec Patriarchatus Privilegia, & honorē Aquilejensis Ecclesia; nec (63) Primatus Carthaginensis; nec Archiepiscopatus Nazarena; nec Fesulana Episcopatus, inter sua rudera conservassent: Canonum attamen jam Statuto (64) præcedentia nō Sedi, sed Ordinationis prioritati defertur.

Epi-

60 *Rub. Hist. Raven. l. 6. Manzon. Cronol. Cæsen. & alii.*

61 *S. Hieron. epist. 85. ad Evagr.*

62 *Leo PP. 9. epist. 3. ad Episc. Carthag. conquerentem quod Episcopus Gumitanus iura suæ Ecclesiæ usurparet eo quod Carthago incolis, & mœniis esset diminuta, tom. 3. Epist. Rom. Pont.*

63 *Leo PP. 9. ep. 3. & 4. ad Tho. Episc. Carth. l. c.*

64 *Conc. Brachar. 2. c. 6. Conc. Lōdon c. 1. Cōc. Agath. c. 23. Concil. Milev. c. 13. Conc. Afric. c. 53. S. Gregor. ep. ad Syagr. Episc. Augustod. l. 7. regist. ep. 112.*

Episcopus Sarsinæ est etiam simul Comes Bobii, dictus aliquandò propterea (65) Episcopus Bobiensis: Comitatus autem Bobii titulus ab initio fuit Principatus (66) cum Supremo Dominio, totam Diœcesim Sarsinatem ad modum Provinciolæ, sicut est Feretrana, Casentina, & aliæ similes, complectentis; in quo erat Sarsina (67) cū centū, & undecim Castris, quæ partim ab Episcopis Sarsinę constructa fuerunt, ad retundendas Gothorum ac Barbarorum irruptiones, Populosque tuendos, sicut & ab aliis Episcopis (68) alibi factum esse invenitur; partim Ecclesiæ Sarsinati contulit Principum Pietas, Pontificum auspiciis provecta; partim tandem emptione ad Episcopum pervenere. Hac ditione à Sæculo circiter Christi sexto inita, sensimq; aucta, Episcopus Sarsinæ potitus est usque ad quartum, & quintumdecimum, in quibus tantum sibi paulatim diripi, & occupari Territorium, viribus ad resistendum impar, deflevit. Sanè quandoque armis Ditionem ipsam tuitus est Episcopus; ideò enim quotidianum Militum præsidium in Arcibus Faciani, & Fossæcannæ suis expensis alebat (non se-

cin. Epigram. de Castel. Honor.

65 *In Concil. Roman. sub Symmac. PP. an. 500*

66 *Comitatus idem erat antiquitus, ac nunc Principatus.*
Conc. Sardic. c. 7.
Concil. Laodic. c. 57.
Concil. Milev. c. 20.
Conc. Francfor. c. 30.
Concil. Turon. 3. c. 33.
Coucil. Cabilon. c. 20. 21.

67 *Philip. Antonin. Histor. Sars. c. 3. & 7.*

68 *S. Honoratus Episc. Novarien. Castra constru- xit ad tuendos Populos suæ Diœcesis. Ennod. Ti-*

secus ac ab aliis Episcopis (69) alibi factum est) & Armatorum expeditione hostes tundebat, secum ducens Marchiones, atque Comites Feudatarios Ecclesiæ Sarsinatis, qui Juramentum fidelitatis Episcopo præstantes, inter cætera spondebant Episcopo adesse propriis sumptibus cum armis, & sequacibus, si contingeret ipsum aliquod inducere Bellum, vel Exercitum. In jus quoque vocatis occupatoribus, Ditionem ipsam Episcopus non semel defendit, fretus privilegio (70) Gregorii Papæ IX, scribentis Imperatori, ut occupatores Jurisdictionis temporalis Episcopi Sarsinatis armis compesceret; rursumque pœnas interminantis hominibus Civitatis, ac Diœcesis Sarsinæ, nisi Episcopo tanquam vero eorum Domino de Temporali Jurisdictione responderent. His addantur bina Brevia (71) Clementis Papæ V Cæ-

69 *Episcopos consuevisse tueri Jura Ecclesiæ aliquando militum præsidiis. Vid. Ennod. Ticin. ep. ad Faustin.* *Sanè S. Cyrillus Ep. Alexād. ejusque Successores militibus utebātur, quos Parabolos vocabant, eorumque numerum ad solos 500 Theodosius Imp. reduxit. Socrat. l. 7.* *S. Proterius Episc. Alexan. militari custodia usus est. Theod. l. 2. c. 30.* *Theophilus Episc. Alexand. Armatorum manu Origenistis restitit. Socr. l. 7.* *S. Jacobus Episc. Nisibi militibus cōtra Persas usus est.* *S. Germanus Episc. Auxeritan. & S. Lupus Episc. Senonen. milites duxerunt contra Saxones, & Pictavos, ut in Hist. Gal.*

70 *Breve Greg. PP. 9. an* 1227, & *aliud an.* 1235.

71 *Breve Clem. PP. 5. an.* 1308. & *aliud an.* 1309.

Cæsenatensem Episcopum in Judicem deputantis, ut de reddendis Episcopo Sarsinati Castris occupatis Jus diceret. Privilegia quoque (72) Conradi I, & Federici II Imperatorum, nec nõ (73) Thomæ Foliani Provinciæ Romandiolæ Pontificia, & Imperiali auctoritate Pręfecti, Ecclesiæ Sarsinati collata; Quare à Petro Abbate S. Sophię Beneven., nomine Cardinalis Bituricensis, Vicarii Sedis Apostol. in Provincia Romandiolæ, sententialiter definitum est (74) Dominium Temporale Urbis, ac Dięcesis Sarsinatensis ad Episcopum spectare, eamque sententiam (75) Gregorius Papa XI suo Diplomate confirmavit, & exequi omninò mandavit: Nec omittenda sententia Alberti Episcopi Feretrani, quędam Castra Episcopo Sarsinę adiudicantis, sicut & sententia (76) Pauli Raynuccii Vicelegati Romandiolę sub S. Carolo Cardinali Boromeo Legato, & alia sententia (77) Fabii Menichini, pariter Vicelegati, à Gregorio Papa XIII in Judicem specialiter deputati, quę Jurisdictionem Temporalem Episcopi Sarsinatis statuunt, & confirmant; ejusque subditos ad omni subsidio, impositione, &c. solvenda immunes esse declarant: Quam quidem exemptionem ab omni onere

Da-

72 *Ex libel. Privil. Eccl. Sarsin. typ. impr.*

73 *Philip. Antonin. Histor. Sarsin. c. 3*

74 *Anno* 1372. *ut in libel. Privileg. Eccl. Sarsin. typ. edit.*

75 *Breve Gregor. PP.* XI *an.* 1374.

76. *An.* 1561. *ut in libel. Privil. Ecc. Sarf. typ. edit.*

77 *An.* 1572. *ut in dicto libel.*

Datiorum, impositionum, ac solutionum, à Cardinali Farnesio sub Paulo Papa III; à Cardinali Mignanello sub Julio Papa III; & à Cardinali Camerinensi sub Clemente Papa VIII litteris notatam, (78) Paulus Papa V suo Diplomate novissimè confirmavit, & approbavit. Verumtamen talis, ac tantę Jurisdictionis amplitudo ob violentiam occupatorum (79) *penè ad nihilum redacta est velut aqua decurrens*; vis quippe Jura opprimens, titulum quidem Comitis Bobii, & Comitatus privilegia Episcopo reliquit, sed ex centum, & undecim Oppidorum Ditione cum suo Capite Sarsina, omnia absorbuit, (80) pręter paucula quędam Castra, quorum alia ab immemorabili tempore titulo oneroso, & sub annuo Tributo, quà Marchionatus, quà Comitatus denominatione, ac alicubi cum jure emphiteuticandi, pręmisso Beneplacito Apostolico, Episcopus in Feudum concedit Nobilibus Viris ad tertiam Generationem Masculinam, & ex gratia etiam Fœmininam, in defectum Masculorum, data ipsis Nobilibus Jurisdictione in Civilibus, & Criminalibus, cum mero, & mixto Imperio, & potestate Gladii in prima, & secunda instantiis tantum, nam tertia ad Epis-

co-

78 *Breve Paul PP. 5. die 7. Januar.* 1612.

79 *Psalm.* 57.8.

80 *Contr. disposit. Concil. Tolos. c.* 39.

copum ſpectat; qui pretium Conceſſionis, deducto pro ſe Laudemio, ad favorem Menſę Epiſcopalis inveſtit. Alia Caſtra Dominio immediato Epiſcopi ſubſunt, qui per Gubernatorem ab eo deputatum, in illis exercet omnimodā Juriſdictionem(81)in Civilibus,& Criminalibus, in prima, ſecunda, & tertia inſtantiis privativè quoad omnes,ipſeq; Gubernator ſententias etiam Mortis cōtrà reos fert, & exequi mandat, prout ſępiſſimè,ac diebus noſtris ſubCarolo Bovio Epiſcopo factum eſt. Jus ad normam Statutorum Comitatus Bobii redditur, & ubi opus eſt Edictis Epiſcopi, vel Gubernatoris occurritur: Sic latum eſt Edictum nè Bona dilapidentur extractione lignorum;nè delatione armorum Ditionis tranquillitas perturbetur; nè Capræ agrorum depopulatrices alantur;nè animalia venatione diſſipentur; aliaque plura. Pręcipuum Comitatus Prętorium eſt in Palatio Epiſcopali Sarſinę, Tribunal tamen in Caſtro Ceulę habetur, ubi eſt Arx benè diſpoſita, qua Epiſcopus ad æſtivandum uti poteſt.

81 *Breve Paul. PP. 5. die 7. Januar 1612.*

In ipſo etiam Comitatu eſt deſcripta Militia cum ſuis Capitaneo, Locumtenente, Signifero, aliiſque Officialibus, qui omnes Privilegiis Militum Status

Ecclesiastici perfruuntur. Eorum est arma ad nutum Episcopi, vel Gubernatoris sumere; Turbantibus Jura Comitatus resistere, ac recurrente Festo S. Vicinii Episcopium Sarsinæ custodire. Incolę quotannis dant Episcopo ligneum Circulum pro doliis, opus, & ridicas pro Vineis, lignorumque, ac paleę pondus pro igne, & equis; Vervecem etiam unaqueque Familia ad commodum Episcopi alit, recepto pretio tradendum. Conductor Salaræ gratis exhibet Episcopo designatam salis mensuram; & Sitarcha triticum Episcopi tribus Juliis pro quolibet rubro ultra currens pretiũ persolvit. Communitas exteriores parietes Arcis Ceulę suis expensis conservat; interiores reparat Episcopus: (Episcopium quoque aliquandò à Subditis Comitatus reparatum fuisse invenitur, & eunti Romam Episcopo pro Jurium Temporalis Ditionis defensione ministratos esse nummos ad iter, sed mos iste jam desiit) Episcopus uti Comes (82) & sic utriusque gladii usum habens, in Pontificalibus celebrando Galeam, & ensem sibi pręmittere in more habuit: Notarios quoque, ac Judices Ordinarios, privilegio Innocentii Papę IV, & Conradi I. Imperatoris, creare consuevit: Marchio-

82 *Concil. Lugdun. 1. c. cum dilecto de sent. excom. in 6.*

chiones, & Comites Feudatarios habet, quos Feudis investiens post Missarum Solemnia, vel alio tempore anulo exornat, ense accingit, & calcaribus muniri facit; adstantibus etiam Capitaneo, & Militibus Comitatus Bobii, ac (83) Juramento Fidelitatis, & Sacramento ligio ab ipsis Feudatariis, sub præscripta formula (statim ac per manus Cancellarii Concessionis Instrumentum factum est) prærecepto. Ab incolis Linarii annuam præstationem in signum antiqui Dominii exigit, & contrà morosos quandoque Represalias relaxavit. Habet etiam Juspatronatus Ecclesiarum Ceulæ, Petrellæ, atque Linarii, ab Episcopis cum ipsis Castris coemptum.

Reliqua Beneficia Parochialia septem Archipresbyteralibus suffraganea (uno dudum Romagnani Plebanatu suppresso) liberæ sunt collationis, exceptis Parochialibus Verghereti, Cellæ, ac Montis Coronarii, quæ cum earum lautis redditibus Religioni Camaldulensium unitæ sunt, ipsæ verò Parochiales per Capellanos sæculares (84) amovibiles exercentur, sed (85) stipen-

 dio

83 *Ad præscriptum Concil. Medial. Act. Eccl. Med. l. 3. t. 10. c. 5.*

84 *Ad præscriptum Concil. Lōdon. c. 43. Concil. Lateran. sub Urban. 3. c. 1. de Capel. Mon. Concil. Aven. c. 29. Concil. Camerac. t. 7 c. 6.*

85 *Contra dispositionem Concil. Later. 4. c. 32. Concil. Trid. sess. 25 c. 16. Concil. Remen. 2. c. 10. Concil. Avenion. c. 29. Conc. Turon. c. 5. 6. Concil. London. c. 23*

dio tam enormiter paulatim diminuto, ut offerentibus pro minori pretio servitium videantur vel à Ministris, vel à Dominis nundinari. Porrò Rectorales Ecclesiæ ferè omnes tenues sunt, plurimæque tam exigui fructus, ut in eis (86) Eucharistia continuò non conservetur, nec spem remedii det paupertas.

86 *Concil. Eborac. an. 1194.*
Concil. Mediol. Ac. Eccl. Med. l. 3. t. 26. c. 1.

Sunt in Diœcesi plura Hospitalia, sed perpauca hospitalitatis officia, maximè ob redditum inopiam, qua impediente cum præsertim (87) pueri expositi diù alì non possint, ad opulenta Cæsenæ Hospitalia mittebantur, sed & ab istis rejiciuntur.

Concil. Turon. an. 530. c. 3.
Cõc. Trid. sess. 13. c. 6
87 *Concil. Mediol. Ac. Eccl. Med. l. 4. t. 20. c. 26.*

Cæterum Ecclesiæ, ac Oratoria sunt Sacris Paramentis decenter instructa: Confraternitates Laicorum congruenti fidelitate administratæ: Pueri promptè confluunt ad Catechismum; Laicis utriusque sexus non deest pietas: Ecclesiastici sunt dociles, & ad Sacras functiones idonei, scientiis quoque competenter imbuti: In reliquis tota Diœcesis, Domino largiente, pacificè vivit; Quam tamen duo Parochi, enormium criminum rei (quæ typis edita circumferuntur) meo tempore non parum turbarunt. Ve-





Eniam nunc ad Pastoralis mei muneris exercitium, de quo paucula, quæ dicam habeo quippe paucula implevi, & qui onus (1) Angelicis humeris formidandum suscepi, digne proculdubio non sustinui, utcumque tamen fuerit, certe Sacrificium operis (2) optans litare cum Abraham, si non rerum, (3) *vir desideriorum* fui; & qui quæ debui non peregi, feci omninò quod potui. Hinc de totius (4) *Villicationis meæ* summâ Sanctitati Vestræ rationem redditurus, dè omissis veniam primò peto, mox citrà complacentiæ metum (5) publica referam, quæ, vel me silente loquuntur; nec quià facta, sed quià nota referam, tot

1 *Concil. Trid. sess. 6. c. 1.*

2 *Genes. 22. 10.*

3 *Daniel. 9. 23.*

4 *Luc. 16. 2.*

5 *Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de ref. in fin.*

testes quot conscios habentia, nihilque sibi, vel suo auctori debentia, sed Deo; quippè (6) *sufficientes non sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*; Non autem (7) *De me ipso Testimonium* per hæc dicam, sed dè notissimis rebus verba instituens, illius methodum tenebo, dè quo dicitur in Scripturis (8) *Docuit Populum, & enarravit quæ fecerat*: Eximiorum quoque Patrum Ecclesiæ vestigia sequar, præsertim (9) Theodoreti Cyriensium Episcopi plurima, quæ peregerat evulgantis; (10) Alipij Tagastensium, de suis gestis loquentis; (11) Hincmari Rhemensium, rationem de se, suisque factis reddentis; (12) Bedæ seriem vitæ suæ compilantis; (13) Athanasij, Basilij, Cyrilli, (14) Augustini aliorumque de suis actibus verba facientium; sed in primis de perspicuo exemplo (15) Gregorij Nazianzeni Sasimatensium Episcopi (qui de vita sua plura scripsit) possum indignus ego Sarsinatensium Episcopus blandus ire Itaque dum iam nono ætatis meæ lu-

stro

6 *2. Corin. 3. 5.*

7 *Ioan. 8. 13.*

8 *Eccl. 12. 9.*

9 *Theod. enarrat à se facta ep. ad Nomum ep. ad Apellam. ep. Apolog. & ep. 138.*

10 *S. Alipius rogatus à S. Paulino ut scriptam vitæ suæ seriem illi mitteret id fecisse creditur.*

11 *Hincm: plura de suis gestis loquitur præsertim in lit. Apolog.*

12 *Beda scripsit seriem vitæ suæ usq; ad annum ætatis 59.*

13 *Ut in eor. Apologi; s.*

14 *Libros Confessionum S. Augustini esse enumerationem gestorum vitæ suæ cēset Card. Baron. an. 395.*

15 *S. Gregor. Nazianzenus Car- [illegible] mis de rebus suis (seu de vita sua.*

ſtro inhærens Romanam ſequerer Aulam, ad Epiſcopatum eo auſpice ſum vocatus, qui ex Aulâ Egyptiâ (16) Moyſen, qui Judaicâ citò vertit (17) Jojadam in Prophetam. Quinto poſt die Theologiæ Scholaſticæ ſubivi examen, cui & Sanctitas Veſtra, Cardinalis tunc honore fulgens, interfuit Examinantium non tàm implens numerum, quàm exornans. Menſe poſtmodum vix elapſo, Catholico more Sacro Chriſmate ſum perūctus, in eâ ætate infulis redimitus, in qua (18) Vvormatienſibus Franco (19) Gregor. Neocæſarienſibus, in quâ ornatus (20) Brixienſibus eſt Gaudentius. Initū Paſtorale munus ex tunc ſolerter exercere decrevi, etsi exilis, etsi exiguus etsi ad Aulica magis, quam ad Epiſcopalia conſuetus; eumque invocans qui ex Aulâ (21) Pharum ad Meldenſem Eccleſiam ſanctiſſimè regendam evexit, ad (22) Cæſarienſem Talaſſium, ad (23) Bituricenſem Auſtregeſilum, (24) Leodegarium ad Auguſtodunenſem, & ad (25) Cantuarienſem Dunſtanum, (26) *omnia me poſſe*

Al-

16 *Exod. c. 2. & 3.*

17 *4. Reg. 11.*

18 *Vita S. Burchardi Epiſc. Vvormatien. Card. Baron. an.* 999.

19 *Euſeb. l. 6. c.* 23.

20 *Vit. S. Gaudent. Epiſc. Brixien.*

21 *S. Pharus fuerat Aulicus Clotarij Reg. Eius vit. apud Surium* 28. *Octo.*

22 *Talaſſius Epiſc. Cęſarien. fuerat Aulicus Theodoſij Imp. & Præf. Prætor. Illiric. Socrat. l. 7. Niceph. l.* 14.

23 *S. Auſtregeſilus fuerat Aulicus Gunteramni Reg. Eius vit. apud Surium* 20. *Maii.*

24 *S. Leodegarius fuerat Aulicus Childerici Reg. Card. Baron. an.* 668.

25 *S. Dunſtanus fuerat Aulicus Edmundi, & Edredi Reg. Osbert. vit. S. Dunſtan. c.* 13.

26 *Philip.* 4. 13.

Altissimo adiuvante confidi. Sarsinam proindè infrà bimestre convocans, Ecclesiæ meæ clavo manum apposui; raram statim, ac omni laude dignam Antecessoris mei benignitatem expertus, qui Successori suo munuscula quædam Testamento relinquens, officia mecum exercuit, quæ (27) Cyrillus Alexandrinus in sibi succedentem Episcopum singulari humanitate persolvit. Arctam autem sortitus Urbem, (uti (28) de Sasimensi, quam Gregorius, & de (29) Bremensi dictum est, quam nactus est Adalbertus,) illam augere menijs non valens, concupivi amplificare virtutibus. Verum in parva Urbe difficilem, ac me majorem provinciam suscepisse cognovi; quippè diutina sexdecim annorum cæcitas, quæ Prædecessorem meum cæco equaverat Heli,(30) ad Portam Templi ferè perperam assidenti, Ecclesiam Sarsinatem detrimento affecerat, quod sub Cæco Episcopo(31) Daniele Ventana, sub (32) Hincmaro Laudunensis, (33) Ravennatensis sub Fælice, sub (34) sub Callinico Bizantina,

Can.

27 *S. Cyril. Alexand. reliquit quædam legata successori suo, quisquis ille esset. Libel. Athanas. nepot. S. Cyril. oblat. Conc. Chalced. ac.* 3.

28 *S. Gregor. Nazian. Sasimæ parvæ Urbis Episcopus. Id. S. Greg. car. de vit. sua.*

29 *S. Adalbertus Bremæ parvæ Urbis Episcop. Adam Bremen. l.* 4.

30 1. *Reg.* 3, 2.

31 *Daniel Episc. Ventan. cæcus. epist. S. Bonif. Mogunt. ad Daniel. Ep.*

32 *Hincmarus Episc. Laudun. cæcus. Libel. ejusd. Hincmar. oblat. Joan. PP.* 8. *in Synod. Trecen. an.* 870.

33 *Fælix Episcop. Raven. cæcus ex Anastas. Bibliot.*

34 *Callinic. Episc. Constantinop. cæcus ex Theoph. & Cedren.*

(35) Canusina sub Sabino, & quod est perpessa (36) sub Benone Metensis: Ejus attamen ope implorata, qui (37) *dat Servulis suis cor docile, ut Populum suũ regere possint*, omnia, sivè vitæ meç, sivè normam Regiminis respicientia, ità direxi, ut, (38) vel *Sacrarum Scripturarum documentis*, vel *Ecclesiasticorum Canonum*, *&* *Conciliorum*, Decretis, vel *Sanctorum Patrum* cohærerent exemplis.

Toto ergò conatu (39) Animas lucrifacere, creditos mihi Populos (40) conservare, curâ pervigili (41) omnium promovere salutem, nil inertiâ, (42) nil incuriâ tractare, oculos (43) tandem ab ovili non dejicere, cordi mihi fuit; ratusque à Sacrorum virorum regula (44) pietatem in Laicos, in Ecclesiam proficisci Virtutes, primo loco Clericos omnes ad Sacerdotium tendentes, hàc illàc per Diçcesim dispersos Sarsinam vocavi, ut sub oculis meis in his tribus educarentur nempè – *Probitate morum* – *Sacra Doctrinà*, – *&* *Ecclesiasticarum functionum peritia*. Id ut fideliter fieret, (45) Scho-

35 *Sabinus Episc. Canusin. cæcus. Card. Baron. an.* 543.

36 *Beno Episc. Metens cæcus. Concil. Duisburgen. an.* 927

37 3. *Reg.* 3. 9.

38 *Conc. Cabilõ.* 2. *c.* 1 *Concil. Mogunt. sub Leon.* 3.

39 *Concil. Lugdun.* 1. §. *pro humani.*

40 *Concil. Tolos. an.* 1590. *tit. de Episc.*

41 *Conc. Avenion. an.* 1594. *tit. de Episc.*

42 *Conc. Tolosan. an.* 1590. *tit. de Episc.*

43 *Concil. Mediolan. Act. Eccl. Med. l.* 1. *t.* 24. *c.* 9.

44 *Vos estis Presbyteri in Populo Dei, & ex vobis pendet anima illorũ Judith.* 8. 21

45 *Conc. Later.* 3. *c.* 8

Conc Cabilõ. 2. *c.* 3. *Concil. Tolet.* 2. *c.* 1. | *Concil. Tullen. an.* 859.

Scholam ad eorum commodum aperui, quam in ipso (46) Episcopio meo haberi volui, accersito meis stipendiis bonæ Vitæ, (47) ac Doctrinæ Sacerdote, qui binâ quotidie lectione Clericos ipsos imbueret: Normâ quoque (48) à Burchardo Vvormatiensi Episcopo sumptâ (methodum optimæ disciplinæ, in plura Capita distributum, Clero Ecclesiæ suæ statuenti) eisdem Clericis modum vivendi designavi, Regulis de eorum Vita, & honestate præscriptis, quarum & exemplar Oculis Sanctitatis Vestræ submisi, nixus exemplo (49) Gennadii Massiliensis Episcopi ad Gelasium Papam (50) Dionysii Alexandrini ad Sixtum, (51) Anselmi Cantauriensis ad Urbanum, aliorumque Patrum sua opera Romanis Pontificibus transmittentium; Ob receptum subindè Sanctitatis Vestrę nomine epistolam sortem sum nactus Cæsarii Arelatensis Episcopi, (52) cui Fælix Papa III; Honorati Massiliensis

46 *Concil. Tolet. 2. c. 1. Conc. Later. 3. c. 18. Epist. Carol. Magn. in fin. tom.* 6. *Conc. Labbe.*

47 *Conc. Tolet. 4. c. 24. Concil. Roman. sub Eugen. 2. c. 7.*

48 *Vit. S. Burchard. in Præamb. ad libros Decretal.*

49 *S. Gennad. Episcop. Massil. misit Gelasio PP. librum suum de fide. Gennad. de Script. Eccl. c.* 100.

50 *S. Dionys. Episcop. Alexand. misit Sixto* PP. *sua scripta, quibus impugnabat Sabellianos. Id. Dionys. lit. ad Sixt. Ep. Rom. apud Euse. l. 7.*

51 *S. Anselm. Episc. Cant. misit Urban.* PP. 2. *libr. de Incarn. Verb. Ediner. Vit. S. Anselm. Dodechin. in Chron.*

52 *Fælix 3.* PP. *honorifica respōsione decoravit S. Cæsar. Arel. à quo librum de Grat. & liber. arbit. acceperat. Gennad. de script. Eccl, c 99.*

ſis [53] cui Gelaſius I; ac Cyrilli Alexandrini, [54] cui Cæleſtinus I. ob tranſmiſſa Opuſcula reſcripſere.

Ipſarum autem Regularium, quibus Clericorum Vitam, & honeſtatem veluti formare ſategi, hę ſunt præcipuæ --[55] Deum timere; manè pariter ac ſerò Sacris precibus, [56] & orationi vacare; Animi ſimul, & Corporis munditiam cuſtodire; [57] Decenti Tonſurâ, Coronâ, (58) & Veſtibus ornari; pios, utileſque libros tractare, (59) laxos verò, vetitoſque vitare: (60) In Choro Cathedralis omnibus Feſtis Miſſæ ac Veſperis intereſſe: Concioni, quoties habetur, nitido (61) ſuperpelliceo, ac (62) bireto quadro, nec non ordinatim adſtare: Publicis Proceſſionibus, (63) atque aliis, quæ primâ, ſecundâ, & tertiâ

E Men-

53 *Gelaſius PP. reſcripſit S. Honorato Ep. Maſſilien. à quo librum ejus operum acceperat. Gennad. de Script. Eccl. c. 99.*

54 *Cæleſtin. Pap. reſcripſit S. Cyril. Alex. Id. Cæleſt. ep. 3. in fi.*

55 *Pſalm.* 110. 9. *Proverb.* 1. 7.

56 *Concil. Toloſ. an.* 1590. *tit. de Epiſc.*

57 *Conc. Tolet. 4. c. 41 Concil. Bitur. c. 7. Conc. Lōdon. 2. c. 17. Concil. Buden. c. 18.*

58 *Cōc. Trid. ſeſ. 14. c. 6 Conc. Senon. ac. 2. c. 6 Conc. Rem. an. 1583 tit de Cleric. c. 8. Concil. Matiſc. 1. c. 5 Concil. Bituric. an. 1585. tit. 25. Conc. Cōſt. ſeſ. 14. de vit. & boneſt. Cleric. Concil. Agath. c. 20.*

59 *Concil. Mediol. Ac. Eccl. Med. l. 3. t. 1. c. 4. & l. 4. t. 14. c. 6.*

60 *Concil. Trid. ſeſ.* 23. *c.* 18. *Conc. Agath. c. 64 Cōc. Laodic. c. 56. Concil. Narbon. an. 1609. tit. 26. vid. infr. n. 74.*

61 *Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. l. 3. t. 1. c. 34. 35.*

62 *Conc. Senonen. art. 1. c. 1. Cōc. Bitur. an. 1585. t. de Cler.*

63 *Cōc. Compoſtel. an. 1056. Cōc. Aur. 1. c. 29 Conc. Med. Act. Ec. Med. l. 4. ti. 7*

Mensium Dominicis in Cathedrali aguntur, interesse: Nullâ die, sive feriali, sive festivâ (64) Missam omittere: Singulis Dominicis confiteri, mox ad lectionem spiritualem, Communioni præviam, convenire, indè ad Missam solemnem (65) Eucharistiam de manu Celebrantis, & in Solemnioribus de manu mea ordinatim accipere; Omnibus hebdomadę Sabbatis ad experimentum Sacrarum Cæremoniarum, (66) & functionum in Sacristiâ Cathedralis, me adstante, interesse, ac officio Cęremoniarii per turnum designatis Festis defungi: Quotidianę Scholę (67) Cantus Ecclesiastici per horam in Episcopio post meridiem adesse, ac quotidie ad Scholam (68) Theologiæ Moralis manè pariter, ac serò per horam cum dimidia, qualibet, vice convenire: Singulis feriæ sextæ diebus horâ matutinâ in Schola lectiones totius hebdomadæ ad Præceptoris nutum repetere; serò verò (69) Casum Conscientię pridem evulgatum, ac plurima Capita habentem, disputare, sicque illum glorificare, qui (70) *Mundum tradidit disputationi*. Ad prędicandum quoque se idoneos reddere Cle-

ricos

64 *Concil. Tolet. c. 5. Concil. Trid. sess. 23. c. 18*

65 *Conc. Mediol. Act. Ec. Med. l. 5. t. 6. c. 23 Concil. Antioch. c. 2. Concil. Trid. sess. 23. c. 11 Concil. Apost. 8.*

66 *Conc. Later. 4. c. 27.*

67 *Concil. Treverien. c. 5 Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. l. 1. de temp. Ordin. Conc. Benev. t. 6. c. 8.*

68 *Concil. Mediol. Ac Ec. Med. l. 5. t. 6. c. 15 vid. super.*

69 *Concil. Aquens. tit. de Vicar. Foran. Concil. Avenion. tit. 18. de Sacr. Pœnit. Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3 t. 1. c. 22*

70 Eccli. 3. 11.

ricos ipsos volui, componendo, vel recitando Sermones, (71) aut Conciones; eas tamen privatim in Ædibus meis me audiente, (72) semel, aut pluries experiendo: Festis etiam omnibus post meridiem ad Cathechismum (73) Puerorum in Cathedrali, me adstante convenire, inibique modum Pueros imbuendi ediscere, ac bis in anno per circulum, brevi sermocinatione præmissa, Catechismũ ipsum docere. Dominicis Adventus, & Quadragesimæ, necnon Solemnioribus anni Festis ad Matutinum (74) in Choro cum Canonicis, me quoque intereffente confluere, (75) mihique Pontificalia exercenti ad præfixæ Tabellæ (76) methodum ministrare. His, aliisque plurimis in Regularum libro præscriptis, adolescentulos (77) in sortem Dei vocatos (78) *bonitatem, & disciplinam, & scientiam docere* contendi, non sollicitudini, nec sudori parcens, quinimò & jussa magis opere, quàm voce promovens, & perurgens, Divini Redemptoris in hoc exẽplum sequutus, de quo dicitur (79) *Cæpit Jesus facere, indè docere*, Taliter autem Clericos ipsos educari, ut eorum, discendi gratiâ in Episcopio ver-

71 *Concil. Burdegal. tit. de Prædic. Capit. Carol. M. l. 1. c. 163.*
72 *Conc. Mediol. Act. Eccl. Med. l. 3. t. 17. c. 34. Capitul. Carol. M. l. 1. c. 163.*
73 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 3. t. 17. c. 37.*
74 *Concil. Laodic. c. 56 Concil. Agath. c. 64 vid. supr.*
75 *Decret. Zephir. Pap.*
76 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 1. t. 20. c. 1 Concil. Trid. sess. 22 c. 1.*
77 *Concil. Bitur. t. 25. S. Hieron. ad Nepotian.*
78 *Psalm. 118. 66. Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. l. 4. t. 14. c. 9. 11.*
79 *Actor. 1. 1.*

ſantium, & affectiones, & mores, & ingenium (80) cognoſcam, eo dirigente, qui monet (81) *Diligenter cognoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera*: Sicque ad Eccleſiaſticas functiones, & Miniſteria pios, doctos, expertoſque viros efformem; undè poſteà, ſivè ad Parochiale, ſivè ad Canonicale, ſivè ad Confeſſarii, ſivè ad Capellani munus provecti, commiſſum dignè obire poſſint officium: Utinam ſolertiam in hiſce meam Cœleſtis aſſiſtentia fæcundet, (82) *Non enim qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.*

Quia verò probitati præmia, deſidiæ pœnæ ſuo tempore datæ virtutes alunt, ſemel, aut ad ſummum bis quolibet anno, ſtatutis ab Eccleſia tēporibus, majores, ac minores Ordines contuli: (83) *Nemini* tamen *citò manum impoſui*, ſed ut viros tantummodò dignos (84) promoverem vigili ſollicitudine intendi; ratuſque (85) melius eſſe paucos Eccleſiaſticos habere, moribus, ac doctrina præſtantes, quam multos, vel improbos, vel ignavos, obteſtari non deſtiti, apud me nonniſi probis, (86) & doctis Eccleſiæ valvas petere. Nullum ad Ordines ad-

80 *Concil. Turon. 3. c. 12.*

81 *Proverb. 27. 23.*

82 *1. Corin. 3. 7.*

83 *1. Timot. 5. 22.*

84 *Concil. Baſil. ſeſ. 15*

85 *Conc. Later. 4. c. 27*

86 *Concil. Tolet. c. 25. Concil. Arel. c. 6. vid. infr.*

admisi, de quo non esset (87) coniectura voluntatis in Clericatu manendi, (88) spesque ad ulteriores Ordines progrediendi: Nullum (89) ob commendationes, vel ob preces, vel ob suscepta servitia; Nullum (90) criminosum, de scandalis diffamatum, vel ad injurias, (91) aut ad vindictas præcipitem: Nullum tandem Corpore, (92) aut animo vitiatum, aliàsve (93) Canonicis impedimentis implexum. Promovendos de affectu (94) quo feruntur ad Ordines interrogavi, alicui semper Ecclesiæ (95) adscripsi, & non nisi facta promissione de eidem (96) constanter deserviendo promovi. Super interstitiis penè nunquam dispensavi, sed annua, & ut plurimum ulteriora spatia (97) servari volui, ad proban-

87 *Concil. Trid. ses. 23 c. 4.*

88 *Concil. Aquens. tit. de Ordin.*
Concil. Trid. sess. 23. c. 11.

89 *S. Greg. ep. ad Adeodat. Numid. Primat. l. 2. ep. 48.*
S. Hieron. in epist. ad Titum.

90 *Concil. Trid. ses. 14 c. 1.*

91 *Concil. Agat. c. 69.*

92 *Concil. Bardegal. tit. de Ordin.*

93 *Concil. Burdegal. tit. de Ordin.*
Concil. Aquen. ann. 1585. de Ordin. §. ab omni: c. præcipimus dist. 34

94 *Concil. Colon. an. 1549. de Ordin.*

95 *Concil. Hispal. c. 3.*
Concil. Arel. c. 2.
Concil. Clarom. c. 13
Concil. Trid. ses. 23. c. 16.
Concil. Chalced. c. 6.
Conc. V vestmen. c. 8.
Concil. Aquen. tit. de Ordin.

96 *Cōc. Antioch. c. 3.*
Concil. Arel. an. 314. c. 2.
Conc. Chalc. c. 20.
Concil. Nicæn. 1. c. 17.
Cōc. Trid. ses. 23 c. 16.
Conc. Med. Ac. Ec. Med. l. 3. t. 3. c. 9. 11.
Conc. Narbon. an. 589. c. 10.

97 *Conc. Constāt. 4. c. 5.*
Conc. Trid. ses. 23. c. 11. 13. 14.
Cōc. Sard. c. 10.

bandum Ordinatorum profectum, eisque strandum tàm [98] *de Virtute in virtutem*, quàm de gradu in gradum digniùs ascensum. Antè Examen certam notitiam [99] de ætate, conversatione, [100] ac titulo Promovẽdorum quæsivi, & cum Canonicis, Parochis, & Presbyteris de cujusque Clerici benemerentia [101] consultavi; super quę, & bonum Testimoniũ [102] Seniorum suæ Parochiæ Ordinandos habere volui, & de [103] exercitatis nedum frequenter, sed etiam accuratè, ac piè præcedentibus Ordinibus [104] *rationem posui cum eis*. Die ad Examen constituta Schedulam exhiberi feci eorum, qui quotidianæ Scholæ, tùm Theologiæ, quùm Cantus Ecclesiastici, nec non Dominicis à Confessione, & [105] Communione, aliisque Festis abfuerunt à Choro; mox numeratis omissionibus, desides repuli, assiduos admisi, admissos autem ore proprio [106] examinavi, tum

98 *Psalm.* 83. 8. *Cõc. Trid. sess.* 23. *c.* 11

99 *S. Joan. Chrys. l.* 4. *de Sacerd.* *S. Greg. ep. ad Adeod. l.* 3. *ep.* 48.

100 *Concil. Trid. sess.* 21. *c.* 2. *Cõc. Plac. sub. Urb.* 2

101 *Cõc. Chartag. c.* 22. *Cõc. Trid. sess.* 23. *c.* 7

102 *Concil. Paris. an.* 1528. *Concil. Burdegal. de Ordin.* *Concil. Aquen. tit. de Ordin.* *Conc. Carthag. c.* 22. *Cõc. Trid. sess.* 23. *c.* 7

103 *Conc. Aurel.* 3. *c.* 10 *Concil. Narbon. c.* 13 *Concil. Aquen. tit. de Ordin.* *Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 11. 17. *Concil. Constantin.* 4. *c.* 13.

104 *Matth.* 25. 19.

105 *Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 11. *Concil. Agath. c.* 64

106 *Concil. Colonien. de Ordin.* *Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 7. *Cõc. Nicen. c.* 2. 9. *Conc. Carth. c.* 22. *Conc. Nanneten. c.* 11. *Conc. Paris. ann.* 1528. *c.* 3.

tum ab adſtantibus Examinatoribus non perfunctoriè, (107) ſed ſtrictè interrogari feci, atque per eorum ſecreta ſuffragia probari, ad id præſertim proſpiciens, ne (108) Presbyteratum conſequantur qui non ſunt ad Sacramenta miniſtranda, & ad Fideles erudiendos idonei. De approbatorum exindè futura promotione ipſorumque titulo ter in Cathedrali, eorumque Parochialibus inter Miſſarũ ſolemnia juſſi (109) Populos admoneri, & Ordinandos per decem dies in Epiſcopio ſimul (110) Spiritualibus Exercitiis, me dirigente incumbere: Generalem Confeſſionem, (111) & Communionem facere; Sacriſque Lectionibus, meditationibus, Conferentiis, aliiſque applicationibus in Regularum libro deſcriptis, exactè, ſub expulſionis pęna, vacare; demumque nullo detecto impedimento ſtatuta die ad Ordines humiliter accedere, quos Clericis meis (112) ego ipſe contuli, nec ullum unquam alibi ordinandum dimiſi. Nè autem Presbyteri noviter ordinati qua die primam Miſſam celebrant, (113) comeſsationibus ebrietatibus, & rixis, quæ Conſanguineorum, & Amicorum

rum

107 *Conc. Rotom. c.* 15

108 *Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 14

109 *Concil. Colon. tit. de Ordin.*
Concil. Trid. ſeſſ. 23. *c.* 5
Concil. Aquen. tit. de Ordin.

110 *Concil. Aquen. tit. de Ordin. §. hortatur.*
Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 1. *de temp. Ordin. c.* 14

111 *Concil. Aquenſ. tit. de Ordin. §. hortatur.*

112 *Concil. Carthag.* 3. *c.* 22
Concil. Narbon. c. 21
Concil. Trid. ſeſſ. 23. *c.* 3
Conc. Burdegal. tit 9

113 *Concil. Mediol. Act.* Eccl. *Med. l.* 3 *t* 24. *c.* 13.

rum convocatione fieri solent, primæ eorum Liturgiæ Sanctitatem profanent, Patrum exemplo inhærens, (114) ipsam Missam in Cathedrali, Me, Cleroque adstante cantari volui, ac novum Presbyterum illa die mecum, ad Mensam frugale prandium accipere, lectionemque intereà de Sacerdotis debito, Missam noviter celebrãtis, audire. Hac industria Clericorum curam gessi, eoque duce, qui ad Cœnam Evangelicam invitatos nedum, incitavit, sed & (115) *adegit intrare*, Clericos meæ Diœcesis ad scientiam, atque probitatem & allexi, & sollicitavi, & coegi, mysticum in eisdem Summo Sacerdoti Christo gestiens offerre (116) *argentum igne examinatũ, probatum terræ, purgatum septuplum*.

Ad promovendam quoque Populorum salutem (117) Confessarios omnes ad Examen, dato Edicto vocavi, ut eorum probatis moribus, & doctrinâ, tàm collatæ, quàm susceptæ auctoritatis dispensatio nulli contemptibilis, omnibus reperiretur esse salubris.

Sacram subindè Visitationem totius Diœcesis aggrediendo, illam exactè pro viribus complere sategi, for-

114 *S. Joannes de Matha primam Missam celebravit coram Episcopo Parisien. Ex e.us Vit.*

115 *Luc.* 14. 23.

116 *Psalm.* 11. 7.

117 *Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 15. *Conc. Mediol.* 1. *p.* 2. *tit.* 6. & *Conc. Mediol.* 6. *tit.* 10.

(118) formula præsertim agendorum, ac perquirendorum præventivè mihi conſcitâ; [119] doctis, & diſcretis viris mecum adhibitis; [120] Sacro Sermone ad Populi captum effuſo; Pueris occurrentibus tum in itinere, cum in Eccleſiis de rudimentis Fidei [121] examinatis; Sacramento Confirmationis [122] pro opportunitate miniſtrato; Parochialibus pauperibus [123] pinguiorum detractione ditatis; Eccleſiis vel ruentibus, vel rimoſis debitæ reparationis [124] proviſione ſuffultis: (125) De rectâ Sacramentorum adminiſtratione, de Parochorum vita, & ſedulitate; de Populorum pietate, ac devotione, atque de aliis Animarum ſtatum reſpicientibus notitiâ ſumptâ; Omnibus quidem per memetipſum inſpectis, actibuſque Viſitationis in volumen (126) perenniter cuſtodiendum redactis; Mediocri equitatu, (127) & famulatu ſtipatus inceſſi, & qui viginti Comites,

F 128.

118 *Concil. Colonine. an.* 1549. *de Viſit.*

119 *Concil. Senonen. art.* 2. *c.* 1.

120 *Concil. Bracar.* 2 *c.* 1.

121 *Exempl. S. Gregor. de quo Card. Baron. an.* 596.

122 *Concil. Toloſan. an.* 1590. *tit. de Epiſ.*

123 *Concil. Burdegal. tit. de Paroch.*

124 *Concil. London. c.* 18. *Concil. Mogunt. c.* 42 *Conc. Trid. ſeſ.* 7. *c.* 8. *& ſeſſ.* 21. *c.* 7. *Concil. Aurel. c.* 5. *Concil. Toloſan. tit. de Epiſ. Conc. Bracar.* 2. *c.* 1 *Concil. Francfor. c.* 26. *Cõc. Benev. t.* 40. *c.* 1. *Concil. Tolet.* 4. *c.* 35. *Concil. Arelat. c.* 25.

125 *Conc. Mediol. Ac. Ec. Med. l.* 1. *t.* 24.

126 *Concil. Tolet. an.* 1565. *ac.* 3.

Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. *tit.* 22. *c.* 12.

127 *Concil. Ticinen. verſ. ſtatuimus.* *Concil. Bracar.* 2. *c.* 2. *Conc. Trid. ſeſ.* 24. *c.* 3.

(128) Jure suffragante, habere potui, nè onerosus Parochis essem (129) ultra septem non habui. Procurationē pro victualibus debitam in pecunia, (130) etsi lege deferente, non sumpsi, sed quæ ad tenuem victum sunt (131) *apposita manducavi*, & nè prandium valorem decem juliorum excederet, rigorosâ indicta pœna vetavi. Visitans autem omnia pro posse (132) ad Dei Gloriam, ad Animarum salutem, & ad Populorum commodum ordinavi, Christum prospiciens, qui (133) *pertransiit benefaciendo, & sanando omnes*; pluraque, hoc adimplens, peregi, quæ cum propositam relationis hujus brevitatem excedant, præterire satiùs censeo, quam referre.

Hoc exprimere non omittam, ad Parochialis muneris attētius exercitium solertes Parochos tùm in Visitatione, cùm extrà me laudibus affecisse, inertes nunc monitis coegisse, nunc minis; numquamque urgere, nunquam declamare cessasse pro recto tanti officii adimplemento hæc omninò ab ipsis agenda: Quod scilicet Parochialia munia (134) per se ipsos exerceant; nedum in Parochia

128 *Concil. Lateran.* 3. *c.* 4.

129 *Concil. Colonien. tit. de Visit.*
Concil Trid. sess. 24. *c.* 3. *in med.*

130 *Concil. Trid. sess.* 24. *c.* 3.
Concil. Lugdun. 2. *c.* 24.

131 *Luc.* 10. 8.
Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. *t.* 22. *c.* 1.

132 *Concil. Toletan. an.* 1565.

133 *Actor.* 10. 38.

134 *Concil. Remen. c.* 2.
Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. l. 3. *t.* 17. *c.* 48.

135

(135) sed & in Ædibus Parochialibus resideant; taliterque vivant, (136) ut non tam verbis fulgeant, quàm exemplo. Pueros (137) Doctrinâ Christiana Festis omnibus imbuant; (138) Missæ Sacrificium ter saltem qualibet hebdomada in suaEcclesia celebrent, & Festivis diebus (139) pro Populo Sacrificium applicare nõ relinquant. (140) Festa, jejunia, & Edicta inter Missarũ Solemnia denuncient; Litanias, & Rogationes (141) suo tempore faciant; (142) Candelas, Cineres, Palmas consuetis ab Ecclesia diebus distribuant; fructusque novos benedicant. Omnibus Festis Vesperas, [143] Populo convocato, decantent: [144] Matutinis Tenebrarum operam dẽt: [145] Sanctissimum in Sepulchro feriâ quinta in CęnaDomini recondant, Mysteria Parasceve celebrent: Sabbatoque Majoris hebdomadæ, ignem,

135 *Concil. Trid. sess. 6. c. 2. & sess. 23. c. 1.*
Concil. Paris. c. 11.
Concil. Colon. c. 2.
Concil. London. c. 18
136 *Concil. Remen. stat. 1. 6.*
Concil. Burdegal. tit. 18. de Paroch.
137 *Concil. Trid. sess. 24. c. 47.*
Concil. Paris. c. 11.
Concil. Mogun. c. 45
Conc. Tolet. ac. 3. c. 5.
Concil. Burdeg. ti. 18
Concil. Remen. stat. 1
138 *Concil. Trid. sess. 23. c. 14.*
Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. t. 1. c. 3.
139 *Concil. Trid. sess. 23. c. 1.*
140 *Concil. Lugdunen.*
Conc. Tolosan. c. 45.
141 *Concil. Aurel. 1. c. 29.*
Concil. Compost. an. 1056.
142 *Concil. Mediol. Ac. Eccl. Med. l. 3. t. 17. c. 63.*

143 *Cõc. Medi. Ac. Ec. Med. l. 3. tit. 17. c. 24.*
144 *Conc. Mediol. 6. tit. 6.*

145 *Concil. Tolet. 4. c. 9.*
Concil. Bitur. c. 13.

[146] Cereum Paschalem, ac [147] Fōtē Baptismatis benedictione perfundant: Domos [148] quoque lustralis aquæ aspersione sanctificent, & [149] statum Animarum sibi commissarum quotannis in schedâ mihi deferenda conscribant: Ecclesiam habeant, & Altaria [150] decenter ornata, Vestes, (151) & Sacra Vasa nitida; Cæmeterium (152) bestiis, usibusque profanis impervium; (153) Jura Ecclesiæ tueantur, fructus (154) non profundant; (155) bona beneficii nec dissipent, nec alie-

146 *Concil. Tolet. an. 633. c. 9. Concil. Bituric. an. 1031. c. 13.*

147 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med l. 3. t. 25. c. 7*

148 *Concil. Mediol. loc. cit. l. 3. tit. 23. c. 7. 11. & l. 4 t. 6. c. 2 c. in sabbato 126. de consecr. dist. 5.*

149 *Concil. Tolos. c. 12. Concil. Mediol. loc. c. l. 3. t. 17. c. 15. vid. hic infr.*

150 *Concil. Paris. c. 9. S. Hieron. laudans de hoc. Nepotian. in Epita. ad Heliod.*

151 *Conc. Later. 4. c. 19 Concil. Paris. c. 7. Concil. Ilerdens. c. omnis de cons. d. 4*

152 *Concil. Bitur. t. 16 Concil. Remen. an. 1583.*

153 *Ut in Profes. Fidei edit. Jussu Pii PP. 4. vid. infr.*

154 *Concil. Remen. de Cler. c. 6. Concil. Trid. ses. 23. c. 1. Concil. Turon. 3 c. 10. Conc. Basil. ses. 15. Vid. Julian. Pomer. de vit. Cont. l. 2. c. 9.*

155 *Conc. Carth. 4. c. 32. Concil. Lugdun. 2. c. 22. Conc. Aven. an. 1270. c. 1. Concil. Rotom. c. 36. Concil. Trid. ses. 22. c. 11. Concil. Aquens. tit. de Canon. Concil. Tolos. ti. de alienat. Conc. Constant. 4. c. 15. Concil. Aurel. 5. c. 13. Concil. Nicen. 2 c. 12. Cōc. Ancir. c. 15 Concil. Antioch. c. 24.*

alienent; (156) Nil Seculariũ usurpẽt; ad captandas hæreditates (157) neminem circumveniant; Laicorum Testamenta nonnisi necessitate urgente perscribant. Archivium (158) Scripturarum Ecclesiæ suæ consiscant, binaque Inventaria (159) mobilium simul, & immobilium conficiant, alterum in ipso Ecclesiæ Archivio, alterum in (160) Episcopali perpetuò cõservandum; Libros demum habeant non exiguos (161) Baptizatorum, (162) Confirmatorum, (163) Desponsatorum, & (164) Mortuorum suæ Parochiæ, ubi notanda solerter adnotent, Satagantque nè sint in Parochia Magi, sortilegi, blasphemi, Concubinarii, Usurarii, aliique impii in Censuris, inimicitiis, & scandalis insordescentes. Persæpè autem, ac præcipuè diebus Festis inter Missarum Solemnia Populos exhortationibus, (165) & Sermonibus excitare, suadere, atque impellere non prætermittant, Pa- tres

156 *Concil. Later. 4. c. 42.*

157 *Concil. Cabil. 2. c. 6. 7.*

158 *Concil. Regien. c. 3. Concil. Tolos. de reb. Eccl. Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. t. 5. c. 4.*

159 *Concil. Avenion. c. 58. Concil. Tolet. 9. c. 4. Conc. Vauren. c. 119. Concil. Narbon. c. 31 Concil. Mongunt. 89 Concil. Agath. c. 26.*

160 *Concil. Tolos. de reb. Eccl.*

161 *Concil. Burdegal. tit. 18. de Paroch. Concil. Trid. sess. 24. c. 2. Cõc. Bene. t. 36. c. 16.*

162 *Conc. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. tit. 27. c. 29.*

163 *Concil. Trid. sess. 24. c. 1. Conc. Burdegal. t. 18 Concil. Mediol. 3 tit. 17.*

164 *Concil. Burdegal. tit. 18. Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. l. 3. t. 17. c. 65.*

tres in primis monendo (166) ut moribus, & exemplo Filiis præfulgeant, & in bonorum operum assiduitate (167) sint duces; Adolescentulos ut amores fugiant, choreas, ebrietates, hominum impiorum commercia, & summatim omnia vitia devitent; Simul tandem in unum (168) *Juvenes, & Virgines, Senes cum Junioribus* exhortentur, ut crebro (169) Divinis Officiis assistant, sæpè Sacramenta, & præsertim Eucharistiam suscipiant, (170) Conciones audiant, Ecclesias visitent, orationibus vacent, pia opera exerceant, jejunia frequentent, Eleemosynas largiantur, Sacerdotes honore (171) Superiores obedientiâ prosequantur, hæcque, & alia virtutum opera exequantur, (172) *non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus.*

Quoad Sacramentorum administrationem hæc à Parochis esse agēda inculcavi: *Baptismum* (173) in privatis domibus non ministrandum; De domi necessitatis casu collato (174) perquirendum, & Cæremonias in Ecclesia supplendas: Mulieres formam, & modum Baptismi nescien-

165 *Concil. Trid. sess. 5. c. 2. sess. 23. c. 1. sess. 24. c. 47. Concil. Rotom. c. 18. Concil. Trul. c. 19. Concil. Mogun. c. 25 Concil. Constantin. 3. c. 3. Concil. Burdeg. t. 18 Concil. Paris. c. 12.*

166 *Cōc. Tolet. act. 3. c. 5*

167 *Conc. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 4 tit. 6. per tot.*

168 *Psalm.* 148. 12

169 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 2. t. 8.*

170 *Concil. Trid. sess. 24. c. 4.*

171 *Concil. Trid. sess. 23. c. 11. & sess. 25. de delect. cib.*

172 2. *Cor.* 9. 7.

173 *Concil. Aquens. tit. de Baptis. Concil. Rotom. de Sacr. c. 3. Cōc. Benev. t. 36. c. 7.*

174 *Concil. Remen. de Baptis. c. 8.*

scientes[175] ad Obstetricis officium non admittendas: Baptizatos[176] in libro notandos: [177] Clericos, præsertim in sua Parochia;& ubilibet[178] Regulares, [179] atque impuberes à Patrini munere arcendos: Nulli nomina [180] Paganorum in Baptismate imponenda;[181] Susceptores tandem de obligatione Susceptos instruendi monendos. *Confirmationem* suscepturos benè primitus tum de rebus Fidei, cum de Sacramenti effectu, ac Dignitate instruendos; Pueros ad locum ubi Chrisma ministratur indicta die ducendos; Nomen si quod prophanum habent[182] mutandum, eorumque frontem, ubi peruncta est gossipio liniendam, indè ipsorum Nomen [183] in libro solito conscribendum. *Eucharistiam* in Altari [184] sub Cruce in munda Pyxide [185] pro infir-

175 *Concil. Carthag. 4. c. 12.*
Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. tit. 25. c. 22.
176 *Concil. Trid. sess. 24. c. 2.*
Concil. Burdeg. t. 18
177 *Concil. Remen. de Bapt. c. 7.*
Concil. Aquen. de Bapt.
178 *Concil. Antisiodor. c. 25.*
Concil. Remen. c. 7.
Concil. Aquen. loc. c.
179 *Concil. Aquen. tit. de Baptis.*
Conc. Moguntinum.
180 *Concil. Remen. de Bapt. c. 8.*
Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. ti. 25. c. 21.
181 *Concil. Remen. l. c. c. 7.*
Concil. Arel. 6. c. 19.
Concil. Mogun. c. 47.
182 *Concil. Mediolan. l. c. l. 3. t. 27. c. 36.*
1. *Exempl. S. Adalberti Magdeburg. ut excevit S. Adalb. Episc. Pragen.*
183 *Conc. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 3. t. 27. c. 29.*
184 *Conc. Eborac. an. 1194.*
Concil. Turon. an. 570. c. 3.
185 *Conc. Eborac. loc. cit.*
Concil. Nicen. 1 c. 13.
Concil. Vvorm. c. 5.

firmis conservandam, eamque non solum (186) singulis mensibus, sed & (187) Dominica in Dominicam renovandam, in Tabernaculo (188) clavi obstructo, & (189) lampade semper coram Altari ardente servandam: (190) De nocte infirmis nonnisi necessitate urgente ferendam, sed omninò de die, cum Pluviali, (191) vel saltem superpelliceo, Stola, Velo, Umbella, Intortitiis, Psalmorum cantu, ac (192) omnis honorificentiæ signis, (193) convocato etiam Populo ad Sacramentum religiosè associandum, & preces pro infirmo fundendas: Parochianos ad frequentiam Communionis alliciendos (194) præsertim occurrentibus insignioribus anni Festis: Paschalis Communionis debito satisfacientes (195) in libro notandos, & nè tali tempore (196) alibi Eucharistia ministretur obstandum: (197) Criminosos tamen, consuetudinarios, de scandalis diffamatos, aliosve publicos peccatores à Sacro Altari pellendos. Ad *Sacramentum*

Cōc. Benev. t. 37. c. 2.
186 *Conc. Lemov. ses. 2*
187 *Concil. Bitur. c. 2.*
Concil. Eborac. ann. 1194.
188 *Conc. Buden. c. 21*
Concil. Later. 4. c. 20
189 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 3. t. 26. c. 2*
Cōc. Benev. t. 37. c. 1.
190 *Concil. Aquen. tit. de Euchar.*
191 *Concil. Eborac. l. c.*
Concil. Mediol. l. c. l. 3. t. 26. c. 2. 3.
192 *Concil. Aquen. tit. de Euchar.*
193 *Conc. Avenion. c. 2.*
Concil. Med*iol. Ac. Eccl.* Med*. l. 3. t. 17. c. 15.*
194 *Concil. Cabilon. 2. c. 46.*
Conc. Turon. 3. c. 50.
Concil. Agath. c. 18.
Concil. Paris. c. 12.
Concil. Burdegal. tit. 18
195 *Concil. Tolos. an.* 1228. *c. 13.*
Concil. Turon. t. 15.

196 *Conc. Mediol. 6. tit. 10.* | *Act. Eccl.* Med*. l. 5. t. 6. c. 56.*
197 *Conc.* Med*iol.*

tum Pœnitentiæ promptè Fidelibus ministrandum frequenter cum Stola, (198) & Cotta in Confessionario sedendum, ubi (199) Bullæ Cœnę, Casuumque reservatorum exemplaria sint affixa: Extrà sedem (200) antè Solis ortum, vel post illius occasum Fœminas non audiendas: Sigillum Sacramentale (201) nec verbis lædendum esse, nec signis: Christianos ad crebro (202) confitendum hortandos: omninò autem urgendos, annuæ Confessionis recurrente (203) pręcepto, vel (204) instante mortis periculo, (205) vel difficilis partus, vel itineris discriminosi, (206) vel alterius casus ad interitum adducentis: Illis tamen, (207) qui ablata non reddunt, legata pia non soluunt, inventa non pandunt, (208) qui peccaminosa officia exercent, qui odia, qui (209) qui concubinas nutriunt, vel in publicis peccatis obdormiunt, absolutionis beneficium non largiendum. *Extremam Unctionem* graviter decumbentibus (210) omni solertiâ conferendam, (211) oleo tantum infirmorum ad id adhibito, quod cum

G aliis

211 *Concil. Mediol. loc.cit.*

198 *Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. l. 5. t. 6. c.* 56.
199 *Concil. Mediol. loc. cit. l. 5. t. 6. c.* 38.
200 *Concil. Mediol. loc. cit. l. 5. t. 6. c.* 8.
201 *Concil. Lateran.* 4. *c.* 21.
202 *Concil. Tolos. ann.* 1228. *c.* 13. *Concil. Paris. ann.* 1429. *c.* 28. *Concil. Paris. ann.* 1528. *c.* 12.
203 *Concil. Lateran.* 4. *c.* 21
204 *Concil. Paris. ann.* 1528. *c.* 12.
205 *Concil. Mediol.* 6. *t.* 10.
206 *Concil. Paris. c.* 12. *Concil. Mediol.* 6. *t.* 10.
207 *Concil. Mediol.* 1. *p.* 2. *t.* 6.
208 *Concil. Rom. sub. Greg.* 7. *c.* 5.
209 *Concil. Burdegal. de Pœnit.*
210 *Conc. Med.* 5. *t.* 11.

aliis Sacris oleis dè Cathedrali quotannis (212) per ſe ipſos acceptum, & in (213) armariolo ad cornu dextrum Altaris collocatum ſub (214) fidâ clavi cuſtodiatur. *Matrimonium* (215) nec in privatis domibus, nec in Oratoriis, ſed publicè in Eccl. (216) duobus, vel tribus Teſtibus (217) attētè adſtātibus celebrandū, (218) conſenſu ac ſtatu libero Sponſorū præventivè requiſito, (219) denuntiationibus ter in Eccleſia coram Populo factis: (220) coniugibuſque ad Confeſſionem, & Communionem perſuaſis, quos, nullo detecto impedimento, Parochi (221) per ſe ipſos non per ſubſtitutos benedicant; Neſcientes rudimenta Fidei (222) donec didicerint repellendos: Vetito tempore (223) non admittenda coniugia; (224) filioſque invitis Parentibus contrahentes; Vagos, (225) ac ignotos aut è diverſa Diœceſi natos (226) ſine licentiâ non iungendos. De his autem, aliiſque officium Parochiale

con-

212 *Concil. Vaſion. c.* 3. *Concil. Arauſic. c.* 1. *Concil.* Carth. 4. c. 36 *Concil. London. c.* 18

213 *Conc. Later.* 4. *c.* 20. *Cōcil. Arelat.* 6. *c.* 18. *Concil. Buden. c.* 21.

214 *Cōcil. Later.* 4. *c.* 20. *Concil. Buden. c.* 21.

215 *Concil. Pariſ. c.* 32.

216 *Cōc. Trid. ſe.* 24. *c.* 1. *Conc. Mediol. Ac.* Ec. *Med. l.* 4. *t.* 1. *c.* 7. 14.

217 *Cōc. Trid. ſe.* 24. *c.* 1

218 *Concil. Mechlin. de Matrim. c.* 2. *Conc. Neap. t.* 3. *c.* 9. *Cōc. Ben.* 2. *in appen. Cōc. Med.* 5. *de matr.*

219 *Concil. Trid. loc. cit.*

220 *Concil. Aquen. tit. de Matrim. Concil. Trid. ſeſ.* 24. *c.* 1. *verſ. fin.*

221 *Concil. Med.* 3. *t.* 17

222 *Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l.* 4. *t.* 1. *c.* 26

223 Concil. *Saleguſt. c.* 3. *Concil. Mechlin. c.* 7. *Concil. Laodic. c.* 52.

224 *Cōc. Trid ſeſ.* 24. *c.* 1 *Conc. Rotom. tit. de Matr. c.* 13.

225 *Conc. Trid. ſeſ.* 24. *c.* 7. *Conc. Aquenſ. tit. de Matrim.*

226 *Conc. Mechlin. c.* 5. *Concil. Aquen. de Matr.*

concernentibus, Animarum Rectores singulis annis (227) rationem reddere mihi volui; quod cum unus, vel alter implere abnueret, eorum reluctantiam comminata pœnâ coercui.

Porrò præter dicta de Parochis, atque Clericis, hæc dè viris Ecclesiasticis addenda respectivè supersunt. Canonicos Cathedralis Ecclesiæ (228) tali honestatis, peritiæ, cantus, ac Sacrarum Functionum studio prælucere curavi, ut sint aliis (229) regula morum, (230) tam intrà nempè, quam extrà Ecclesiam digno incedentes amictu, (231) proprios ordines exercentes, mihi (232) celebranti assistentes, (233) agenti Pontificalia inservientes, in Choro (234) non confabulantes, (235) non dormitantes, non indecorè sedentes, non tandem (236) literas legentes, privatè Officium recitantes, hacuè, aut illac vagantes, sed prò debito (237) residere, graviter ac modestè (238) in Choro psallere, (239) pausas, in Versibus facere: (240) bene versus ipsos finire: Mis-

G 2 sas

227 *Concil. Tolosan. an. 1228. c. 21.*
Cõc. Tolos. an. 1590.
Capitul. Carol. M. l. 7 c. 147.
Conc. Tolet. an. 633. c. 26.

228 *Concil. Aquen. tit. de Benef.*

229 *Concil. Later. 2. c. 4*
Concil. Rotom. c. 15
Concil. Remen. c. 7

230 *Concil. Trid. sess. 24 c. 12.*

231 *Cõc. Trid. sess. 22. c. 4*

232 *Concil. Trid. sess. 24 c. 12.*
Cõc. Beneu. t. 21. c. 3
Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. l. 3. t. 3. c. 19. & tit. 4. c. 14.

233 *Cõc. Trid. s. 24. c. 12.*
Conc. Beneu. t. 21. c. 9

234 *Conc. Later. 4. c. 17.*
Concil. Trever. c. 6.

235 *Concil. Aven. tit. 34.*

236 *Conc. Aven. loc. cit.*

237 *Cõc. Trid. s. 24. c. 12.*
Concil. Colon. tit. de Off. §. 5. quia.

238 *Concil. Lat. 4. c. 17.*
Conc. Trev. c. 5.
Conc. Paris. c. 1.
Conc. Colon. c. 2.

239 *Conc. Paris. an. 1429. c. 1.*

240 *Cõc. Par. loc. cit.*

fas cantare: Vesperas (241) celebrare officia divina pie ac sancte persolvere satagentes: ità demum se gerentes, ut vere (242) Senatus Ecclesiæ non minus meritum habeant quam honorem. (243) Pœnitentiarium Pœnitentibus facilem se præbere curavi; ac (244) Theologum prò debito docere; quod ut salubrius fiat (245) Congregationem Casuum Conscientiæ institui, ad quam, (246) & Canonicos, & Confessarios, (247) & Parochos, & Clericos Canonum auctoritate congessi, ut in ea nimirum singulis mensibus de casu, octo capita habenti, disseratur, sicque à Clero longius abiiciatur (248) ignorantia errorum mater, de qua dicitur, (249) *Conticuit Populus meus, eo quod non habuerit scientiam.*

Ad Sacrum indè Missæ Sacrificium animum vertens, de illius decore, ac sanctitate prò posse zelum habui, eos præsertim, qui (250) nimium rarò celebrant carpendo: importunas (251) Eleemosynarum exactiones, vel de Missis (252) pactiones eliminando: (253) Venantes plurima sti-

241 *Concil. Mechlin. c.* 6. 10. 12.
Cõcil. Par. an. 1429. *c.* 1. 2.
242 *Concil. Trid. sess.* 24 *c.* 12.
243 *Cõc. Trid. sess.* 24 *c.* 8
244 *Concil. Lat.* 4. *c.* 11.
Concil. Trid. sess. 5. *c.* 1. *&* *sess.* 23. *c.* 18.
245 *Concil. Aquen. tit. de Vicar. Foran.*
Concil. Aven. tit. 18.
Cõc. Beneu. t. 17. *c.* 9.
Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. *t.* 1. *c.* 22 *& l.* 3. *t.* 17. *c.* 55.
246 *Concil. Aurel. ar.* 8.
S. Cong. Conc. die 11. *Iulii* 1620.
247 *Conc. Aven. loc. cit.*
Conc. Aquen. loc. cit.
248 *Concil. Arel.* 6. *c.* 3.
249 *Ose.* 4. 6.
250 *Concil. Compostell. ann.* 1056.
Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l. 3. *t.* 1. *c.* 3.
251 *Conc. Trid. sess.* 22. *de obser. in celeb.*
252 *Concil. Rotom. c.* 17

253 *Conc. Mech. tit. de Decan. c.* 11.

stipendia, & satisfactiones debitas ultrà terminum (254) transferentes redarguendo: extraneos (255) sinè dimissoriis, ac sinè mea facultate, aut cum hac (256) anno antiquiori non admitti præcipiendo; ut ab omnibus tandem (257) debita præparatione, ritibus, & reverentia tantum Sacrificium celebretur instando. Nè autem fraudi locus esset, ego ipse coram toto Urbano Clero Missam experiri non abnui, mox binis dietim Diœcesis Presbyteris ad Missam coram me (258) probandam adactis, & socordes obiurgavi, & errantes instruxi, & incorrectos hac increpatione rejeci, (259) *Quià tu scientiam repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi*: Veruntamen hoc, Deo dante, successit, ut (mutuatis (260) à Gregorio Taumaturgo verbis) Qui pauculos benè celebrantes inveni, vix tot reliquerim exactissimè non se habentes.

Cæterum communi Ecclesiasticorum Sanctimoniæ operam dantem; hæc universaliter profiteor me cavisse: Ne quis (261) personatus incedat;

254 *Concil. Mech. lo. cit.*

255 *Concil. Trid. sess. 22 de obser. in celeb. & sess. 23. c. 16.*

Concil. Mogun. c. 94.

Concil. Colon. c. 3.

Concil. Antioch. c. 7.

Concil. Chalced. c. 23

Concil. Sardic. c. 8.

Concil. Laod. c. 41.

Concil. Aurel. 3. c. 15

Concil. Aquisgr. c. 59

Cōc. Bitur. de Sacer.

Concil. Epaon. c. 6.

256 *Concil. Aquens. tit. de celeb.*

257 *Concil. Trid. sess. 22. c. 4. & dec. de obser. in celeb.*

258 *Conc. Med. Act. Ec. Med. l. 3. t. 24. c. 56.*

Conc. Beneu. t. 35. c. 1

259 *Ose. 4. 6.*

260 *S. Gregorius Taum. suscipiens Episcopatum solos 17. fideles invenit, moriens verò solos 17. infideles reliquit S. Greg. Nyssen. Vit. S. Gregorii Taumat.*

261 *Concil. Nannet.* c. 10. & 54

dat; (262) Choreas agat, aut spectet: (263) Comediis, ludisve (264) indulgeat, aut nocte (265) sonans, aut cantans obambulet: Nemo (266) Canes, aut accipitres alat: (267) clamorosis venationibus, (268) aut aucupio tempus insumat, (269) cauponas frequentet: (270) pagellis pictis ludat, (271) arma-

Concil. Mediol. 1. p. 2. t. 25.
Concil. Mechlin. de Vit. & bon. Cler. c. 5
262 *Concil. Trid. sess. 22 c. 1. de ref.*
Concil. Mediol. 1. p. 2 t. 25.
Concil. Carth. 4. c. 11
Concil. Laodic. c. 54.
Concil. Later. 4. c. 16.
Concil. Mechlin. de bon. c. 5.
263 *Conc. Nann. c. 54.*
Concil. Mediol. 1. p. 2. t. 25.
Concil. Laodic. c. 54.
264 *Concil. Trid. sess. 24 c. 12.*
Concil. Later. 4 c. 16
Concil. Buden. c. 8.
Concil. Senon. art. 2 t. 25.
Concil. Forojul. c. 6.
Conc. Remen. 2. c. 17.
Concil. Mediol. 1. p. 2. t. 25.
Concil. Carth. 3. c. 11
265 *Concil. Mechlin. de Vit. & bon. Cler. c 5*
266 *Concil. Agath. c. 55.*
Conc. Epaon. c. 4
Concil. Matisc. c. 13.
267 *Conc. Mediol. 1. p. 2. t. 25.*
Côc. Lat. 4. c. 15.
Concil. Remen. de Cleric.
Conc. Epaon. c. 4
268 *Conc. Trid. sess. 24. c. 12.*
Conc. Remen. de Cler. c. 6.
269 *Côc. Lat. 4. c. 16*
Conc. Laodicen. c. 24.
Conc. Mechlin. de vit. &c. c. 5.
Côc. Rem. lo. cit.
Concil. Carth. 3. c. 27.
270 *Conc. Trid. sess. 22. c. 1. de ref.*
Côc. Lat. 4. c. 16.
Conc. Bitur. de vit. Cler.
Côc. Aue. tit. 32.
Conc. Mediol. 1. p. 2. t. 25.
Conc. Remen. an 1583. de Cl. c. 6.
271 *Conc. Clar. c. 4.*
Conc. Pict. c. 10.
Côc. Mat. 1. c. 5.
Conc. Buden. c. 7. 11.
Conc. Tolet. 4. c. 45.
Côc. Meld. c. 37
Concil. Cloveshovien. ann. 747.

armatus incedat, ecclesiasticos tandem redditus (272) in pravos usus profundat: (273) Anulis, & armillis qui ex Clero sunt non utantur, (274) non crepidis, calceisve speciosis, non (275) calamistratris crinibus, vel perucchis; non (276) crispatis nec pretiosis indusiis, vel splendidis in amictu (277) coloribus: Laicis vili officio (278) non inserviant, prò aliis non (279) fidejubeant, (280) negotiationibus non incumbant, (281) Sæcularia munia non exerceant, mulierum amores fugiant, non (282) eas doceant

272 *Conc. Remen. de vit Cler. c. 6.*
Cōc. Trid. sess. 25. c. 1.
273 *Conc. Later. 4. c. 8.*
Concil. Buden. c. 3.
Concil. Mediol. Act. Eccl. Med. 3. t. 1. c. 7.
274 *Concil. Mediol. l. c. lib. 3. tit. 1. c 7.*
275 *Concil. Senonen. ac. 2. c. 6.*
Concil. Agath. c. 20.
Concil. Carth. 4. c. 4.
276 *Concil. Nic. 2. c. 16.*
Concil. Later. 4. c. 16.
Concil. Carth. 4. c. 45.
Concil. Matisc. 1. c. 5
Concil. Clarom. c. 4.
Concil. Narbon. an. 589. c. 1.
Conc. Clauesbou. an. 747.
Concil. Remen. ann. 1583. t. de Cler. c. 7.
277 *Concil. Melph. c. 13.*
Concil. Matisc. c. 5.
Conc. Buden. c. 11.
Conc. Later. 4. c. 16.
Conc. Nicen. 2. c. 16.
Concil. Aquisg. c. 124.
278 *Concil. Remen. de Cler. c. 2.*
Concil. Melph. c. 9.
Concil. Clarom. c. 18.
279 *Concil. Mediol 1. p. 2. t. 25.*
Concil. Rem. loc. cit.
280 *Conc. Chalced. c. 3.*
Concil. Senon. a. 2. c. 7.
Concil. Later. 3. c. 16.
Concil. Carthag. 3. c. 15.
Concil. Mediol. 1. p. 2. t. 25.
281 *Concil. Later. loc. cit.*
Conc. Nicen. 2. c. 10.
Conc. Trid. sess. 22. c. 1.
Conc. Remen. de Cler. c. 2.
282 *Conc. Med. Ac. Ec. Med. l. 3. t. 1 c. 25.*

ceant, cum illis [283] non cohabitent, nec [284] earum præcursores sint, aut vernæ. A mensis [285] Laicorum se abstineant: [286] Scurræ partes non exequantur, [287] commessationes tandem abhorreant, ac [288] ebrietates devitent. Laudabilis autem disciplinæ normam tenentes, omnes decenti utantur amictu, [289] nec eleganti nimium, nec sordido, [290] Tonsura brevi; competenti [291] rasura; [292] collari rotundo, ac [293] pallio

283 *Concil. Agath. c.* 10. *Concil. Mediol.* 1. *p.* 2. *t.* 25. *Concil. Matisc. c.* 1. *Concil. Carth.* 4. *c.* 46 *Concil. Arel.* 2. *c.* 3. *Concil. Bracar.* 4. *c.* 5 *Concil. Mechlin. de vit. & hon. Cler. c.* 5.

284 *Concil. Mediol.* 1. *p.* 2. *t.* 25.

285 *Concil. Remen. an.* 1583. *tit. de Cleric. Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l.* 3. *t.* 33. *c.* 3 *Facile contemnitur Clericus, qui sæpe vocatus ad prandium ire non recusat. S. Hier. in Michæ.*

286 *Conc. Carth* 4. *c.* 60 *Concil. Agath. c.* 70. *Concil. Later.* 4. *c.* 16.

287 *Conc. Later.* 4. *c.* 15. *Conc. Camer. t.* 8. *c.* 1. *Cõc. Trid. sess.* 22. *c.* 1. *Concil. Mediol.* 1. *p.* 2. *t.* 25. *Conc. Mechl. de vit. & hon. Cler. c.* 5.

288 *Conc. Camer. t.* 8. *c.* 1 *Cõc. Lat.* 4. *c.* 15. *Conc. Senen. a.* 2. *c.* 7. *Conc. Remen. de Cler. c.* 4. *Concil. Nannet. c.* 10.

289 *Conc. Carth.* 4. *c.* 41. *Cõc. Lat.* 4. *c.* 16. *Concil. Agath. c.* 20.

290 *Conc. Tolet.* 4. *c.* 41. *Conc. Bitur. c.* 7. *Cõc. Agath. c.* 20 *Conc. Bude. c.* 8. *Concil. London. sub S. Anselm.*

291 *Cõc. Bitur. c.* 7. *Concil. London.* 2. *c.* 12. *Concil. Lateran.* 4. *c.* 16. *Conc. Aquen. de Ordin. §. Porro.*

292 *Conc. Mediol. Ac. Ec. Med. l.* 3. *t.* 1. *c.* 7.

293 *Con. Med. loc. ci. Conc. Lat.* 4. *c.* 16

294 *Concil. Carth.* 4. *c.* 47. *Conc. Narb. c.* 3.

pallio vestem tegente: Omnes (294) otium fugiant; (295) benignitate affluant; sint à (296) criminibus, & à criminum suspicione immunes; Divinisque officiis, (297) ac scientiarum studiis intenti: (298) Laicos virtutibus, & præcipuè doctrina, & pietate præeant. (299) Quod verbis docent, factis exprimant; adeò tandem (300) sanctè vivant, ut & laudantium encomia mereantur, & maledicorum effugiant obloquia.

Aliqua nunc de meo modo Sacris incumbendi subiungam, & quidem Divinum officium statis horis, (301) vel anticipando potius, quàm differendo, me persolvisse certum est, ac quotidie (302) Missam in Ædicula Episcopii, Dominicis verò, & Festis in Cathedrali celebrasse, sacrificium (303) sæpè applicando, sæpiùs pro Populo preces effundendo. (304) *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & Sacrificia pro peccatis:* Dies quoque solemniores hoc modo semper transegisse: Manè ad Matutinum cum Canonicis (305) in Choro

295 *Conc. Cabillon. 2. c. 18*
296 *Concil. Trid. sess. 22. c. 1.*
Concil. Remen. ann. 1583. de Cler.
Concil. Tolet. 4. c. 25.
297 *Conc. Medi. Ac. Ec. Med. l. 4. t. 14. c. 9. 11 vid. supr. num. 84.*
298 *Concil. Trid. loc. cit.*
Concil. Remen. loc. cit
299 *Conc. Mogunt. c. 18.*
300 *Conc. Aruern. ann. 535. c. 15.*
Conc. Matisc. 1. c. 1.
301 *Conc. Narbon. ann. 1609. tit. 26. S. Canonicas.*
302 *Concil. Compost. an. 1056. Exempl. S. Amb. ut ex ejus epist. ad for.*
303 *Coc. Tolos. an. 1590 de Episc.*
Conc. Trid. se. 23. c. 1.
304 *Hebr. 5. 1.*
305 *Concil. Laod. c. 56.*
Conc. Mediol. 6. c. 16.
Concil. Agath. c. 64.
Concil. Narbon. c. 26
306 *Exempl. SS. D. N.* Clementis PP. XI.

recitandum deſcendiſſe, mox (306) ad Confeſſionarium, etiam quandoque nullo confluente, aſſidiſſe; deindè ſumptis hora competenti Pontificalibus Veſtibus (307) in Sacello, ad Altare Majus prò celebranda (308) Miſſa inceſſiſſe; Poſt (309) Evangelicam lectionem, (310) ſedendo, (311) Evangelii Textum, ante me habendo, ac (312) ſeptem Diaconorum, atque (313) Capellani Baculum Paſtoralem tenentis, circumſtante coronâ, (314) ex ambone ſemper (315) Homiliam ad Populum habuiſſe. Harum exemplaria latino idiomati data non ſemel Sanctitati Veſtræ tranſmiſi, cultum in his exercens (316) Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi Sabino Placentino, (317) & Gregorii Magni Secundino

307 *Ut in Ceremonial. Epiſc.*
308 *Conc.Senon.a.2.c.1. Conc.Mediol. Ac.Ec. Med.l.3.t.24.c.27.*
399 *Conc.Medio.Ac.Ec. Med. l.1. t.24. c.26. Exempl. S. Godeſcal. Epiſc.Friſing. de quo Baron.ann.* 1005.
310 *Conc.Mediol.lo.cit. c.31.*
311 *2. Eſdr. 8. 5. Concil. Mediol. l.cit. l.2. t.12. c.10.*
321 *Decret. Evariſt. PP. & uſus Eccleſiæ, de quo loquitur S.Ignat. Ad Philad.ep.3.c.12. Conc.Benev.t.1. c.4. Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l.1. tit. 24. c. 27.*
313 *Concil. Mediol. Ac. Eccl.Med.l.2. tit.24. c.28.*
314 *2. Eſdr. 8. 4. Concil. Mediol. Act. Ec.Med. l. 1. tit. 24. c. 31. S.Io.Chryſ. cæpit prædicare ex ambone, quod fecerunt S.Godeſcalc.Friſing. S.Thom. de Villan. S.Franc. de Sales, & alii. Prudẽt.hym. 11. de S. Hyppol.*
315 *Concil. Regiaticin.c.5. Conc.Turon.ſub leo. 3. Concil.Mogunt. ſub Raban.c.17.*
316 *S.Ambr.Ep.40.*
317 *Card. Baron. ann. 599.*
318 *Concil. Trid. ſeſ. 25. dec. de Indulg.*

dino Abbati suas Homilias mittentium: Ad Missam postmodùm solemniter prosequendam reversum, Sacram Communionem Clericis ordinatim accedentibus, & Familiaribus meis ministrasse, (318) ac Indulgentiam dè more concessisse omnibus notum est. Post Missam quoque aliquando Canonicos, aliquando Laicos, aliquando alienigenas ad frugalem (319) agapen mecum in Episcopio (320) duxisse, ac demum, ad Ecclesiam rursum pro Vesperis rediisse; Omnibus etiam Dominicis Adventus, & Quadragesimæ ad Matutinum in (321) Choro, & Confessionarium pari modo descendisse, cunctisq; anni Festis Missę solemni, (322) & Vesperis adfuisse: (323) candelas, cineres, & palmas suo tempore benedicere non omisisse, nec non (324) olea sacra quotannis feriâ quintâ in Cœna Domini consecrare; (325) Matutinis tenebrarum assistere, aliasque Majoris hebdomadæ (326) functiones obire; Litanias facere, Processionibus interesse; Sacris Concionibus

Concil. Mediol. Ac. Eccl. Med. l. 1. tit. 24. capit. 1.

319 *Concil. Gangr. c.* 11 *Concil. Carth.* 3. *c.* 30. *Concil. Laodic. c.* 28. *Sed ne prandia Ecclesiastica fierent intrà Ecclesiam SS. Ambrosius, & August. strenuè egerunt, ut ex eor. Vit. S. August. l.* 6 *Conf. c.* 2.

320 *Eccles.* 9. 23. *S. Ambros. ad mensam exteros invitabat, ut de Vincentio Gal. Præf. & de Arbogaste Comit. refert. Paulin. Vit. S. Ambr.*

321 *Conc. Laod. c.* 56. *Conc. Narbon. tit.* 26 *Cōc. Mediol.* 6. *tit.* 16

322 *Conc. Aurel.* 1. *c.* 33. *Conc. Narbo. loc. cit. Conc. Mediol. Ac. Ec. Med. l.* 3. *t.* 24. *c.* 28.

323 *Ut in Cærem. Episc.*

324 *Concil. Londo. c.* 22. *Concil. Tolet.* 1. *c.* 20. *Concil. Melden. c.* 46

325 *Ut in Cęrem. Episc.*

326 *Ut in Cęrem. Episc.*

327 *Conc. Avenion. t.* 44

(327) cum Clero, & Populo adstare, ac diebus Festis ad pueros Catechismo imbuendos Ecclesias adire.
De Sacrarum Cæremoniarum decore complacens, ego ipse Clericos, Presbyteros, & Canonicos de functionibus habendis præventivè (328) instruere consuevi, easque semel, atque iterum experiri. (329) Cantum Ecclesiasticum ad mediocrem unius viri peritiam redactum, coactis ad Scholam Clericis, & assidua functionum exercitatione adeò multiplicavi, ut jam quot Ecclesiastici, tot videantur esse Cantores. (330) Organi quoque sonum, ob Organistæ deficientiam omissum, restituendum curavi, memorque industriæ, qua Religiosissimus Princeps Carolus Magnus, (331) accersitis Roma Organistis, Organi melos in Gallias advexit, Magistrũ Sarsinã expensis meis adduxi, qui Clericos Organi sonũ in Episcopio doceret, ea quidem felicitate, ut jam sciant Pueri quod ignorabant provecti, & septem Adolescentulis, Organo per turnum in Ecclesia ludentibus abundem, qui unico indigebam.
(332) Prædicare in deliriis mihi fuit, rarusque vix Episcopale munus im-ple-

328 *Conc. Later. 4. c. 22. Capitul. Carol. M. l. 1. c. 163.*
329 *Conc. Trever. c. 5. Concil. Laodic. c. 15. Concil. Benevent. 1. c. 8. Greg. hom. 1. in Eze. Capitul. Carol. M. l. 1. c. 74.*
330 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l. c. de off. Archiep.*
331 *Vet. Chron. à Pithœo edit.*
332 *Concil. Arelat. 4. c. 3. Conc. Mogunt. c. 25. Cõc. Carthag. 4. c. 20. Concil. Mediol. 1. p. 1. t. 6. Cõc. Trid. sess. 24. c. 4. Conc. Cabil. 2. c. 1. Concil. Foroiul. c. 2. Concil. Remen. c. 14. Concil. Constatinop. c. 19.*
333 *Concil. Trosleien. c. 15. Concil. Regiatic. c. 5. Conc. Benevent. 1. c. 3.*

pleri (333) ab eo, qui Apostolicum prædicationis officium exercens, Prophetico non se subtrahit improperio, (334) *Speculatores eius cæci, canes muti non valentes latrare*) nedum quoties in Pontificalibus celebravi, sed penè quoties functiones Ecclesiasticas obivi (335) Sermone Populum pavi; animo certè à sensu (336) Cypriani non distans, prædicare vel dum actu moreretur optantis. Quo autem, prædicans, voce non perveni, (337) scriptis perveni, modo Edictis, modo Decretis, nunc Pastoralibus (338) literis, nunc Pareneticis, (339) hinc agẽda jubens, inde prohibens evitanda; Presbyteros quoque ad hunc eundem concionandi affectum allexi, & ut aliquandò in Cathedrali, (340) aliquãdò in aliis Ecclesiis prædicarent adegi, eo dirigente, qui dicit, (341 *Quo-*

homiliæ populis legendam. Cardin. Baron. ann. 402. 855. & 881.

330 *2. Paralip.* 13. 10 *Concil. Burdegal. tit. de Prædic.*

341 *Rom.* 10. 15.

342 *Conc. Vvormat. c. 3. Concil. Londonien. c. 16. Conc. Bracar. c. 5. Conc. Benev. t. 34. c. 1.*

334 *Isai.* 56. 10.

335 *Concil. Narbon. t. 26. §. quotiescumq. Concil. Benev. tit. 1. c. 3.*

336 *Pontius in Vit. S. Cypr.*

337 *Exempl. S. Cyprian. de quo dicitur quod ubi voce non poterat, literis supplebat. Id. S. Cypr. lib. de discip. & bon. pudic. Pontius loc. cit.*

338 *2. Paralip.* 30. 6. *Antiquos Ecclesiæ Patres literis quandoque prædicare cõsuevisse. Latè Feder. Card. Borom. de Episc. Prædic.*

339 *Pareneticarum frequens fuit usus apud Patres. S. Alipius Ep. Tagast. scripsit pareneticam Castorio. Hincmarus Epis. Remens. scripsit aliam Carolo Crasso. Leo PP. 4. scripsit pareneticam ad modũ*

Quomodò prædicabunt nisi mittantur.

Tres Ecclesias consecrando (342) Pastorale munus implevi, [343] quinquies Campanas, centies Vasa Sacra, & Vestes benedicendo, pluries etiam Confirmationem, vel in Cathedrali, (344) vel per Oppida circumiens ministrando; (345) Eucharistiam insuper Jubilei præsertim tempore, vel Solemnitatum, vel Missionum, vel Indulgentiarum distribuendo, præfectis ad tumultum coercendum cãcellis, distinctoque (346) sexuum loco, & actione aut sacræ prædicationis, (347) aut lectionis alimento condita. Synodum (348) tamen Diœcesanam, tot curis implicatus, non habui; peramplam, quam Antecessor meus celebravit, fideliter observari contentus, donec meam congregem, quam propè diem habere dispono. Cuncta Diœcesis Beneficia citrà quemcumque carnalitatis, (349) vel commendationis affectum solis Diœ-

ce-

343 *Concil. Mediol. Ac. Ecc. Med. l. 1. de off. Cust.*

344 *Concil. Mediol. loc. cit. l. 3. t. 1. c. 26. & l. 4. t. 6. c. 9. 16.*
Concil. Rotom. ti. de Sacr. Confir.

345 *Concil Mediol. loc. cit. l. 3. t. 26. c. 21.*
Concil. Trid. sess. 24. c. 7.

346 *Concil. Mediol. Ac. Eccl. Med. l. 5. t. 6. c. 4*

347 *Concil. Trid. sess. 24 c. 7.*

348 *Conc. Basil. sess. 15.*
Concil. Colonien. an. 1549.
Cõc. Bylon. in c. Annis dist. 18.
Concil. Turon. c. 2.
Concil. Tolet. in c. decernimus dist. 118.
Conc. Trid. sess. 24. c. 2. & 21. & sess. 25. c. 2.
Conc. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 1. tit. 24. & l. 3. t. 1. c. 45.

349 *Concil. Later. 4. c. 30.*
Concil. Paris. c. 9.
Concil. Bituric. tit. de Rector. Anim.

cesan is (350) contuli, & quidem sinè ulla imminutione, (351) aut pensione, alienigenis nec ad Canonicatus, nec ad Parochias, nec ad Vicarias admissis, sed Nativis tantum, idoneis tamen, (352) & benemeritis, imò semper in Concursu (353) dignioribus. Pauperes etiam (354 ditioribus prætuli, & doctis doctiores, uno attento nè Parochias obtineant, qui nondum sunt (355) trigesimum ætatis annum egressi.

De solertia prò Ecclesiarum (356) Veneratione, Festorumq; observantia non loquar, nam & è sugestu, & è Cathedra, & ex Altari à me millies est clamatum, nè in Dei Domo (357) Fœminæ detecto pectore incedant; nè in eâdem (358) ferantur arma, nè (359) deam-

350 *Conc. Constantinop. 4. c. 13. Concil. Tribur. c. 28. Conc. Chalced. c. 20. Cōc. Taurin. c. 7. c. nec emeritis. c nullus. c. studiis. c. obitum dist. 61.*

351 *Conc. Benev. t. 22. c. 2. Conc. Aven. c. 28. Concil. Trid. sess. 24. c. 13. Concil. Turon. c. 1.*

352 *Cōcil. Later. 2. c. 16. Concil. Later. 4. c. 30. Concil. Rotom. c. 14.*

353 *Concil. Trid. sess. 24. c. 18. Concil. Paris. c. 9.*

354 *Si propria quæ nobis sufficiunt possidemus, non sunt sumendæ res Ecclesiæ, quæ sunt pauperum. S. Aug. ep. 36. Capitul. Carol. M. l. 7 c. 133.*

355 *Concil. Neocæs. c. 11 Concil. Agath. c. 17. Concil. Tolet. 4. c. 19.*

Concil. Arelat. 4. c. 1.

356 *Conc. Lugdun. 2. c. 25. Concil. Trid. sess. 22. decr. de Obser. in Celeb.*

357 *Concil. Turon. t. 15.*

358 *Conc. Salegust. c. 8. Conc. Benev. t. 40. c. 9.*

359 *Conc. Trever. c. 6. Cōc. Rotom. c. 9 Cōc. Turon. t. 15*

deambulationes; nè (360) colloquia fiant, nè (361) canum aut puerorum strepitu perturbetur Officia; nè amoribus tandem, detractionibus, aliisve irreverentiæ actibus prophanentur Ecclesiæ: eodem sensu clamatum, nè (362) Nundinæ diebus Festis fiant; nè (363) ebrietatibus, nè (364) laboriosis officiis, nè demum (365) larvis, choreis (366) ludis, aut spectaculis dierum Dei cultui dicatorum infamentur solemnia; Pauperibus nè ultra Portam (367) in Ecclesiis quæstuent, Laicis nè (368) in Presbyterio se sistat vetitum est: (369) Cantilenæ Theatrales à Dei Æde fugatæ; Suppellectilia prophana (370) in Templis non admissa; Nè autem quid ad pompam Ca-

360 *Conc. Salegus. c.* 9. *Concil. Trid. sess.* 22. *decr. de Obser. in Celeb.*

361 *Concil. Trever. c.* 5. *Conc. Mechlin. c.* 12.

362 *Concil. Gratelean. c.* 6. *Concil. Mogunt. c.* 61 *Concil. Paris. c.* 2. *Conc. Remen. a. c.* 35. *Concil. Aurel.* 3. *c.* 28 *Concil. Rotom. act.* 6. *Concil. Mediol. Act. Ec. Med. l.* 2. *t.* 8.

363 *Concil. Trid. sess.* 25 *de invoc. Sanct. Concil. Bitur. t.* 6.

364 *Concil. Remen. c.* 25 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l.* 2. *t.* 8.

365 *Concil. Bituric. t.* 6. *Concil. Mediol. l. cit.* 2. *t.* 8.

366 *Conc. Tolet.* 3. *c.* 23. *Concil. Carthag.* 4. *c.* 87. *Conc. Mechlin. c.* 12. *Concil. Mogunt. c.* 61 *Concil. Paris. c.* 2. *Conc. Buden. c.* 43.

367 *Concil. Bituric. t.* 9.

368 *Concil. Benev. t.* 40. *c.* 8. *Conc. Agat. c.* 66. *Concil. Laodic. c.* 21. *Concil. Paris. c.* 35. *Conc. Mogun. c.* 1 *Conc. Turon. an.* 570. *c.* 4.

369 *Concil. Trid. sess.* 22. *de obser. in Celebr. Mis. Conc. Mechlin c.* 10.

370 *Concil. Later.* 4. *c.* 19.

Cathedralis meæ deesset, ea tota[371] sericis Auleis purpurei, ac flavi coloris ære meo est ornata; utinam ob id meriti fuerim particeps, quod prò decoratâ velis Alexandrina Ecclesia nactus est (372) Athanasius.

Reliqua vel regiminis, vel agendi, vel vivendi mei normam respicientia, publica tamen, ut prædixi, & notoria, en breviter hic perstricta; Sanctitatem Vestram (373) in primis, ac Sanctam Romanam Ecclesiam, (374) omniũ Ecclesiarum Matrem, ac Magistram sincero prosequi honore cordi habui; Antecessorum quoque meorum nomini, ac gestis reverentiam exhibere, (375) & rectè ab illis constituta contrariis non destituere; de agendis non semel anteà (376) cõsilium sumere, ac ubi majus periculum, magis (377) inibi consultare; Cum viris piis (378) colloquia insti-

I tue-

Concil.Trid.ses.24.c.12. Alex.3.in c. novit. de his quæ f. S.Greg.ep.49.ad Io.Ep.Panor. S. Hieron. in ep. ad Tit.

377 *Conc. Lugdun. 2.c.2.*

378 *Conc.Narbon. tit.26. §.Convivia.*

371 *Concil.Mediol. Ac. Ec.Med.l.2.t.8.c.10 Concil.Cabil.2.c.49. Orationis domum (in festis) propensiore cura, & ampliore cultu, quantum possumus adornamus. S. Leo ser. 4 Quadr. S.Paulin.Nat.6. S. Fœlic. S·Gregor.ep.38.l.9. S.Ambros.off.l.2.c.21.*

372 *S. Athanasius ad contributionem induxit Alexandrinos ut ornaret velis Ecclesiam.S.Athan. Apol.l.2.Sozem.l.2.*

373 *Concil.Tribur.c.30 Concil.Trid.ses.25.c.2. Conc. Constantinop 4.c.13.*

374 *Concil.Trid.ses.25 decr. de delec. Cibor.*

375 *Concil.Trid.ses.25 c.5.*

376 *Canon. Apost. 33.*

tuere, atque (379) Confessarii mei (quem & prò munere Secretarii, more (380) Anselmi Cantuariensis, adhibui) sententiam prærequirere, nunquam non promptus omnia mea, meliori audito consilio (381) protinùs retractare: (382) Casus, quos reservatos inveni nec augere, nec imminuere: (383) Confessarios non rectè administrantes suspendere, illisque magis aptos, quandòque etiam (384) compellendo sufficere. (385) Matrimonia ut tempore prohibito fiant non indulgere, nec unquam ab eorum (386) proclamationibns dispensare. Anxius de residentia semper (387) in Diœcesi, quinimò & in (388) Civitate morari sollicitus fui, Episcopiũ (389) apud Ecclesiam, ubi sedes est inhabitans; nunquam (390) de Civitate in Ci-

379 *Conc. Narbon. loc. cit. §. gravem.*
380 *S. Anselmus utebatur Edinero pro munere Confessarii, Consiliarii, & Secretarii; Vvillelm. Malmesb. in reb. gest. Pōt. Angl. l. 1.*
381 *Exempl. S. Gregor. ep. 38.*
382 *Concil. Trid. sess. 14 c. 7.*
383 *Concll. Mediol. 6. tit. 10.*
384 *Concil. Bituric. tit. de Rector.*
385 *Concil. Trid. sess. 24 c. 10.*
Concil. Mechlin. de Matr. c. 7.
Concil. Salegus. c. 3.
Concil. Laodic. c. 52.
386 *Concil. Trid. sess. 24 c. 1.*
Concil. Rotom. de Matr. c. 6.
Conc. Pari. an. 1429 c. 33.
387 *Concil. Trid. sess. 6. c. 1. & sess. 23. c. 1.*
Conc. Laod. c. 14
Concil. Illiber. c. 21.
Concil. Francf. c. 41.
Concil. Melden. c. 28.
388 *Concil. Senon. art. 2. c. 1.*
389 *Concil. Carth. 5. c. 5.*
Concil. Senon. loc. cit.
Conc. Tolet. an. 1565.
390 *Conc. Francf. c. 7.*
Conc. Sard. c. 1.

Civitatem divertens, nunquam ad (391)æstivandum ruri, vel apud Rurales Rectorias consistens,& summatim toto Episcopatus mei tempore prò solo exhibendo Sanctitatis Vestræ (392) Legatis, & (393) Metropolitano atque Comprovincialibus Episcopis venerationis officio, nec non prò ægro Fratre meo semel visitando, vix per mensem abscedens.

Eorum, quæ intrà Ditionis meæ fines aguntur, secretos, ac fidos (394) observatores me habuisse nō diffiteor, quorum ope (395)*opportunè, importunè* (396) *redire ad Cor prævaricatores* adegi; (397)Pauperum etiam, Pupillorum, Virginum, & Viduarum curam suscepisse, illis & consilia exhibendo, & auxilia, prò quibus nomine afficior (398) *Patris Orphanorum, & Judicis Viduarum*: peculiari quoque vigilantia (399) Seminarium prospexisse, crebro de Puerorum alimentis, crebriùs de (400) profectu perquirendo, nunc Alumnis de scientia examinatis, nunc Ministris de impleto officio tentatis(401)Regulisq;agendorum ad Seminarii commodum exaratis. Ut insuper in (402) Hospitalibus, &

391 *Conc.Carth.5.c.5.*
392 *Conc. Med. Ac. Ec. Med.l.1.t.26.c.4.*
393 *Conc.Tarracon.c.5 Conc.Rom. Martin. PP.c.4.*
394 *Concil.Mediol.Ac. Ec.Med.l.1.de æt.& qual.c.6.*
395 *2.Timot.4.2. Concil.Med.6.t.10.*
396 *Isai. 46. 8.*
397 *Concil.Tolos.tit.de Episc. Concil. Aven.t. 42. Cōc.Tol.a.633.c.32*
398 *Psal.67.6.*
399 *Cōcil.Trid.sess.23. c.18. Concil.Tolet.4.c.24 Concil.Tolos.tit.de Episc. Cōc.Benev.t.46.c.1.*
400 *Concil.Mediol.Ac. Eccl. Med. l. 1. de ætat.&c.c.6.10.*
401 *Conc.Med. l. c. c.6.*
402 *Conc.Tri.sess.25.c.8 Cōc.Benev.t.31c.11 Cōc.Colon.an.1549. Concil. Chalc.c.8.*

(403)& Cōfraternitatibus debita hospitalitas,& Sodalitatū disciplina exerceatur, anxiosè operam fateor me dedisse;)404) Comessationum,& inutilium expensarum protelatis dispendiis: Bonorum visis (405) Inventariis, ac fructuum (406) ratiociniis ad trutinā vocatis. Nec sollicitudine prò piarum [407] dispositionū executione defuisse, coactis ad notulam legatorum exhibendam (408) Notariis,& misso per Diœcesim Judice, qui Religiosas Defunctorum volūtates adimpleri compellat: Judicibus tandem laicis (409) optatæ concordiæ, ac mutuæ dilectionis experimenta dedisse, nec eis unquam operam ad Dei servitium (410) detraxisse: Veruntamen Judicem quemdam, publicas Victualium fraudes foventem, ac Justitiæ Jura calcantem, certum (411) est me ar-

403 *Concil. Paris. c. 30. Concil. Bitur. tit. de Confratern. Conc. Tri. ses. 22. c. 9. Conc. Bene. t. 31. c. 5*

404 *Cōc. Tri. ses. 22. c. 9 Conc. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 9. t. 20. c. 6.*

405 *Conc. Mogunt. c. 90 Conc. Mediol. loc. cit. l. 3. t. 5. c. 3. Concil. Aven. c. 58.*

406 *Conc. Tri. se. 22. c. 9 Conc. Bene. t. 31. c. 8 Concil. Paris. c. 30. Concil. Mogunt. c. 9. Conc. Bitur. de Confrater. Exempl. S. Io. Chrys. de quo Pallad. c. 15.*

407 *Concil. Vasion. c. 4. Concil. Agat. c. 4. Conc. Carth. 4. c. 95. Concil. Aurel. 3. c. 22 Concil. Aurel. 6. c. 13 Concil. Matisc. 1. c. 3. Conc. Tri. ses. 22. c. 8.*

408 *Conc. Vaurē. c. 119. Concil. Colon. ann. 1300. Concil. Aven. c. 20.*

409 *Conc. Cabilon. 2. c. 10. Concil. Turon. 3 c. 33. S. Greg. l. 5. ep. 43 Indic. 14.*

410 *Conc. Cabilon. 2. c. 20.*

411 *Concil. Aurel. 6. c. 7. Concil. Tolet. 4. c. 32. Concil. Turon. 3 c. 49. Concil. Melden. an. 813.*

arguisse, Sanctorum Patrum exemplo (412) Nicolai, Augustini, Basilii, Synesii, aliorumque, Comitibus, legum, & Pauperum oppressoribus fortiter resistentium.

Cuicumque (413) inferre injurias abhorrui, & ne cum ullo (414) litigarem, etiam (415) *cum his, qui oderunt pacem fui pacificus*, imò & litigantes ad concordiam persuasi, & (416) ad inimicitias comprimendas officia mea libentissimè impendi, adeout viginti, & ultra paces, quà scriptis, quà verbo sint, me discordes conciliante, compositæ: Una tantum tentatæ pacis pluries repetita interpositio, in viros impingens (417) *Nolentes intelligere ut benè agerent*, irrita consilii fuit; Ego tamen quod meum erat egisse contentus, à (418) Theottilo Turonensi Episcopo didici me in his diutius perperam non torquere.

419

412 *S. Nicolaus Ep. Myræ restitit Proconsulo Lyciæ pro iustitia S. Sinesius Ep. Ptolemaidis deposuit Andronicum à Præfectura ob iniustitias commissas. S. Basilius restitit Modesto Præf. Præt. S. August. restitit Bonifacio Comiti. Card Baron. an. 326. 411. 370. & 422.*

413 *Concil. Viennen. c. nimis iniqua, & c. nimis prava, de excess. Præl.*

414 *Concil. Carth. 4. c. 19.*

415 *Psalm. 19. 7.*

416 *Concil. Carthag. 4. c. 26. Concil. Benev. t. 17. c. 4. Concil. Narbo. t. 26 Concil. Budeg. t. 18 Concil. Mediol. Ac Eccl. Med. l. 1. t. 29 Concil. Agath. c. 31*

Conc. Namnet. c. 1.

417 *Psalm. 35. 4.*

418 *S. Teottilus perperam diu laboravit pro conciliandis Ludov. 4. Reg. Gal. & Hugone Francorum Duce. Baron. an. 945.*

(419) Studia, & scientias amavi, sed Sacras prædilexi, præcipuè (420) Sacram Scripturam, Sanctorumque Patrum, Canonum, Conciliorum, & Ecclesiasticæ Historiæ lectionē. (421) *Post aurum*, Deo dante, *non abii*, *nec speravi in pecuniæ thesauris*, nec (422) *Xenia*, *& dona excæcaverunt cor meum*. (423) Cum nullo ludere, nulli me (424) convivam exhibere volui, nullius (425) Matrimonium tractare, (426) Filiosve de Baptismo suscipere, aut mobilia cōmodo postulare; Libros tamen, equos, (427) quadrigas, & summatim quicquid habui, libenter commodo dedi, & commendationes, ac officia prò petentibus nunquam non interposui, (428) *Oculus esse cæco*, *& pes claudo*, *pauperibus Pater*, (429) *omnibus omnia*, peroptans, nec unquam justa deposcentibus negans, solitus dicere, gratiosa quæque me libentiùs quàm postuler imperti-ri.

419 *Concil. Turon. 3. c. 1. 2. 3.*
Concil. Tolos. tit. de Episc.
420 *Conc. Carth. 3. c. 3.*
Conc. Tolet. 4. c. 25.
Concil. Cabil. 2. c. 1.
Concil. Mogun. sub Leo 3.
Concil. Aurel, 3. c. ult.
Concil. Aurel. 4 c. 6.
Concil. Narbon. c. 26
421 *Eccli. 31. 8.*
422 *Eccli. 20. 31.*
Cōc. Trid. ses. 24. c. 3.
Conc. Turon. 3. c. 25.
Conc. Cabil. 2. c. 21.
423 *Concil. Foroiul. c. 6.*
Conci. Later. 4. c. 16.
Concil. Trid. ses. 22. c. 1.
Conc. Buden. c. 8.
Conc. Senon. a. 2. c. 8.
424 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l. 3. t. 22. c. 5*
Exempl. S. Ambros. offi. l. 1. c. 20. de quo Possid. in Vit. S. Ang.
425 *Exempl. S. Ambros. Possid. loc. cit.*

426 *Concil. Remen. de Batis. c. 7.*
427 *S. Gregor. Nyssen. curru utebatur. Thomas de Disc. Eccl. p. 1. l. 4. c. 9.*
428 *Iob. 29. 15.*
429 *1. Corint. 9. 22.*

ri. (430) Cunctis affabilitatem, (431) paucis familiaritatem, nulli prædominium concessi; (432) Sacerdotii mei servare gradum contendens, nec nisi tam Episcopo digna obire, quàm pati. (433) Diluculò è cubili surgens, hora qualibet (434) venientibus præsto fui, (435) rogantibus facilis, & loquentibus comis; Verumtamen mulieres, nec libens, (436) nec sine adstantibus audivi, nullasque sum passus (437) in Episcopio morari, neque Fratriam, (438) neque Sororem. Gentilitio agnomine (439) in subscriptionibus non sum usus. Consanguineos apud me non habui, nec eis (440) quidquam de rebus Ecclesiæ contuli; Unico tamen Fratri, quem habeo (441) Patrimonialia mea reliqui, mihi cum Germano licere censens, quod cum

430 *Conc. Cabil. 2. c. 18*
431 *Concil. Narbon. tit 26. §. Convivia.*
432 *Concil. Trid. sess. 25 c. 17. de refor.*
Conc. Constantinop. 4. c. 11.
Concil. Benev. t. 11. c. 1.
433 *Concil. Later. 4. c. 17.*
434 *Concil. Tolos. tit. de Episc.*
Concil. Narbon. t. 26 §. se faciles.
435 *Concil. Narbon. l. c.*
436 *Conc. Matisc. 1. c. 2*
Concil. Benev. t. 18. c. 2.
437 *Concil. Nicen. 1. c. 2*
Concil. Nicen. 2. c. 18.
Cõc. Foroiul. c. 4.
Concil. Arelat. 3. c. 3
Conc. Later. 3. c. 11.
Conc. Rotom. c. 22.
Concil. Remen. c. 5.
438 *Concil. Bracar. 4. c. 5.*
Concil. Benev. t. 18. c. 1.

439 *Concil. Benev. t. 11. c. 6.*
440 *Concil. Trid. sess. 25 c. 1.*
Conc. Colon. c. 5.
Concil. Narbon. t. 26 §. se faciles.
Canon. Apost. 37 & 75.

Concil. Antioch. c. 25.
341 *Concil. Epaon. c. 17.*
Concil. Antioch. c. 24.
Concil. Agath. c. 48.

cum (442) Sorore Ambrosius, quod exercuit cum Genitrice (443) Fulgentius. Episcopalium fructuum, ac rei Familiaris (444) curam in Præfectum Domus abieci, ratus (445) *æquum non esse* Antistitem *derelinquere Verbum Dei, & ministrare*; Ast non ideò introitus, & exitus computa, (446) more Augustini, suo tempore non perspexi, (447) *Qui enim domui suæ præesse nescit, quomodò Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* de fructibus itaque Ecclesiæ meæ oneribus primum ejusdē satisfeci; (448) pauperibus etiam prò posse distribui; quibus & inopiæ tempore subsidia (449) ultro trāsmisi, egenisq; Clericis, (450) & Sacerdotibus nunquā promptâ opitulationenon adfui; De iisdem tandem fructibus vixi & ego humilis Servus Vester, (451) *cum Altari participans qui Altari servio,* (452) *Dignus est enim Operarius mercedē sua*. Vixi autem (453) nō splēdidis ferculis, lautisve cōviviis utens, sed (454) men-

442 *Paulin. Vit. S. Amb.*

443 *Ferrād. Vit. S. Fulg. c. 7.*

444 *Concil. Carthag. 4. c. 20.*

445 *Actor. 6. 2.*

446 *Possid. in Vit. S. August. c. 23. & 24.*

447 *1. Timot. 3. 5. Conc. Senon. ar. 2. c. 1*

448 *Concil. Carth. 4. c. c. 38. Concil. Turon. c. 5.*

449 *Exempl. S. Patiētis Episc. Lugdun. egentibus ultrò subsidia inopiæ tāmpore deferentis.* S. Hier. ep. ad *Rustic.* *Et S. Exuperii Episc. Tolos. eleemosynas pauperibus ultro mittētis. Ut in eius Vit.*

450 *Concil. Aurel. 1. c. 5 Canon. Apost. 58.*

451 *1 Corint. 9. 13.*

452 *Lucæ 10. 7.*

453 *Concil. Tolet. ann. 1565. a. 2. Conc. Carth. 4. c. 15. Conc. Tri. sess. 25. c. 1.*

454 *Conc. Foroiul. c. 3. Concil. Turon. 3 c. 5. Concil. Carthag. 4. c. 15. Concil. Trid. sess. 25. c. 1. Concil. Narbon c. 26. §. frugali.*

mensa omninò frugali, nil (455) penitus cum susceptoEpiscopatu mutatâ; (456) quinimò ab ea intactam quotidiè dapem pauperi dandam excerpsi: prandio semper (457) benedictionem præmisi,& cibos (458) unius de scriptura capituli, mox Annalium Ecclesiasticorum lectione (459) usque ad mensæ finem á Clerico (460) legente protractâ dietim sinè intermissione condivi. In luteis vasis comedi, quæ nobis (461) (ut Paulini verbis utar) secundum Adam sunt cognata. Ad mensam ipsam quan-

K doque

Constantio Imp. Baronius ann. 1164.

459 *Conc. Biterren. c.18. Conc. Tolet. c.17 Conc. Remen. 2. c.17. Conc. Mogu. c.9. Exēp. S. August, Hilarii, Laurentii Iustiniā. &c.*

460 *Conc. Narbon. c.26. S. in domibus.*

Concil. Rom. sub Gregor. cap. cum pastores 2. q. 7.

461 *S. Paulin. Episc. ad Sever. & Exēpl. S. Augustini de quo Possid. in eius Vit. c. 22.*

462 *Concil. Remen. 2. c.17. Concil. Turon. 3. c.6. Concil. Benev. c.17. c.5.*

455 *Exempl. S. Fulgentii de quo Card. Baron. ann. 504. Et S. Martini. Sever. Sulp. ejus vit. c.7.*

456 *Esther. 9. 22. S. Ambros. Ser. 33. Exempl. S. Osvald. de quo Bed. l. 3. c.6. Exempl. S. Fælic de Valois, ut in ejus vit.*

457 *Conc. Remens. anno 813. c.17.*

458 *Ad mensam Episcoporum legendam esse Sac. Scripturam, & Historiam Ecclesiast. docet Exēpl. S. Thom. Cantuar. de quo dicit Histor. Quadripar. quod cum quadā die male habitus esset ab Henrico II. Angliæ. Reg. contigit legi ad ejus mensam Evang.* sivos persecuti fuerint in una &c. *& Historiam tripartitam ubi agit de persecutione Liberii PP. in exilium missi à*

dòque (462) Pauperes canonum suasione recepi, frequentiùs verò (463) Advenas Religiosos, quibus Episcopium ad (464) hospitalitatem patere volui. Familiares meos (465) disciplinatè vivere curavi; moribus,(466) & exemplo præstare, Missæ Sacrificium (467) quotidie audire, Rosarium,(468) Litanias, ac serotinas preces una mecum in capella recitare: Pręcipuis anni Festis (469) Communionem dè manu mea suscipere, ac Sacerdoti deputato, (470) corrigenda notanti, reverenter obtemperare, rixosis, ac discolis (471) domo expulsis, (472) *non enim habitavit in medio domus meę qui facit superbiam, sed ambulans in via immaculata hic mihi ministravit*. (473) Modesta suppellectili contentus fui, (474) nec sumptuosâ nimis, nec sordidâ: (475) picturas turpes, pretiosa peristromata, quadrigas auratas longe a me faciens. Altaris

taris

463 *Concil. Turon. loc. cit.*
464 *Concil. Trid. sess. 25 c. 8.*
Concil. Turon. c. 14.
Exempl. S. Adalber. Hamburg. de quo Adam Bremen. l. 4.
465 *Concil. Senon. ar. 2. c. 1.*
Concil. Tolos. tit. de Episc.
466 *Concil. Tolet. ann. 1565. ac. 2.*
467 *Conc. Tolos. loc. cit.*
468 *Concil. Narb. t. 26.*
Concil. Tolos. loc. cit.
469 *Concil. Tolet. loc. cit. ac. 2.*
Conc. Turon. 3. c. 50.
Conc. Narbon. t. 26.
Conc. Agath. c. 18.
470 *Concil. Mediol. 6. tit. 21.*
Concil. Tolos. tit. de Episc.
471 *Concil. Narbon. tit. 26. §. quos.*
472 *Psalm. 100. 6.*
473 *Conc. Trid. sess. 25. c. 1.*
Concil. Carthag. 4. c. 15.
474 *Conc. Narbon. tit. 26.*
Exempl. S. Augu. de quo Possid. in eius vit. c. 22.
475 *Concil. Narbo. lo. cit. §. picturas*
476 *Concil. Tolet. ann. 1565.*

taris tamen; (476) & Capellæ utensilia ex argento, pluvialia, & casulas auro habui redimitas; (477) cætera indumenta simplicia; (478) veste talari usus sum; diebus festis [479] nitidiori; per Urbem [480] Rocchetto, & Mozzetta; [481] in itinere Viatorio habitu; privatim [482] amictu Episcopum undequaque decēti. (483) Barbam non nutrivi, (484) patentibus auribus, [485] Coronâ peramplâ, & (486) capillis benè attonsus incessi: Rarò è domo exire me assuevi, & nonnisi vel necessitate, vel charitate

477 *Concil. Constantiē. sess.* 43.
Conc. Nicen. 2. *c.* 16.
Conc. London. 2. *c.* 1.
Conc. Carth. 4. *c.* 45.
Concil. Buden. c. 11
Concil. Agath. c. 20.
478 *Concil. London c.* 5
Concil. Remen. ann. 1583. *de Cler. c.* 8.
479 *Religiosum videtur per diem festum in vestitu nitidiore prodire, & habitu corporis hilaritatem mentis ostendere S. Leo Ser.* 4. *Quadr.*
480 *Concil. Lat.* 4. *c.* 16.
Concil. Buden. c. 2.
Conc. Benev. tit. 17. *c.* 2.
481 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l.* 2. *t.* 13 *c.* 0.
482 *Concil. Narbon. tit.* 26. *§. frugali*.
483 *Concil. Agath. c.* 20
Conc. Carth. 4. *c.* 21.
Concil. Bituric c. 7.
Concil. Remen. de Cler. c. 8.
484 *Concil. Aquen. de*

Ord. §. porro.
Concil. Lond. c. 5.
Conc. Buden. c. 8
485 *Concil. Buden. c.* 1. & 8.
Concil. London. c. 5.
Concil. Remen. ann. 1583. *de Cler. c.* 8.
Concil. Narbon. ann. 1609. *t.* 26. *§. frugali*.
Conc. Bitur. c. 7.

486 *Conc. Tolet.* 4. *c.* 41.
Conc. Senon. Ac. 2. *c.* 6.
Cōc. Agath. c. 20
Conc. Bud. c. 1.
Conc. Bitur. c. 7
487 *Conc. Med. Ac. Ec. Med. l.* 1. *tit.* 24. *c.* 36. 78.
Conc. Narb. an. 1609. *tit.* 26. *§. se faciles*.

urgente prodire. (487) Infirmos honorabiliores, præsertim Sacerdotes, visitare in morem habui, eisque consolationis verba proferre: Sacramenta quoque ministrare, prò Eucharistia (488) Caroli Mediolanensis, prò Extrema Unctione Ditmari Mersenburgensis Antistitum habens exempla. Ægris inopiâ laborantibus (489) prò inopiæ gravitate succurrere non ommisi, moribundis (490) Apostolica benedictione prodesse; (491) Carceratos tandem invisere, & ut (492) honeste custodiantur instare: Ubicunque verò, sivè per Ecclesiam, sivè per Civitatem, sivè per Diœcesim procedens obviis Fidelibus (493) Benedictionis beneficium impendi.

Horum autem, qualiacunque sint, (494) *testes invoco Cœlum, & Terram*, (495) *nihil esse ocultum quod non sciatur*, & si quid in ipsis boni est, non meum esse, sed Dei, facientis in (496) *me virtutem ex alto*: meum verò fuisse quicquid mali segnities, quidquid inordinatio morum accivit, eo

vel

488 *S. Carolus Mediol. ministrabat Eucharistiam infirmis, ut in ejus vit.* *Conc. Aurel. 5. c. 22.*

489 *Conc. Carth. 4. c. 83. Concil. Turon. c. 3. Concil. Narbon. an. 1609. t. 26. §. se faciles.*

490 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Mediol. l. 3. t. 17. c. 44.*

491 *Conc. Aurel. 5. c. 28. Concil. Mediol. l. cit. l. 5. t. 4. c. 5.*

492 *Concil. Trid. sess. 25. c. 6. in Med. Concil. Mediol. loc. cit. l. 5. t. 4. c. 5.*

493 *Concil. Narbon. tit. 26. §. se faciles. Concil. Mediol. loc. cit. l. c. t. 24. c. 36. Concil. Beneu. t. 11. c. 4.*

494 *Deuteron. 30. 19.*

495 *Matth. 10. 26.*

496 *Luc. 24. 50.*

497 *Concil. Trid. sess. 25. c. 1.*

Conc. Buden. c. 1. Conc. Tur. 3. c. 4. Concil. Rotom.

de Epist. Cōc. 7. Pro. Med. de vit. & hon. Ep.

vel maximè, quod (497) mores ità compositos habere debui, ut subditis exemplar, mihi irreprehensibilis, omnibus essem forma virtutum, nec (498) bonos æquarem tantum, sed & transcenderem probitate perfectos; ast é cæno compactus, nec una tantum infirmitate circumdatus, plurimum in mei muneris executione defeci; veruntamen ignoranter defeci, nolens defeci, humanitate agente defeci, nec mihi sane (499) *quidquam subtraxi utilium, quo minùs* (500) *in omnibus memet ipsum exhiberem sicut Dei ministrum*, [501] *& dispensatorem Mysteriorum Dei*; utinam Deo ipsi placuerit hæc voluntas, si non placuit quod peregi; Deo inquam, nam subditis omnibus undequaque placere procul dubio non potui, (502) qui Justitiam ministravi.

Et quidem quoad Judicialia fateor me pœnam passum esse Augustini (503] optantis lectioni, & orationi dare horas, quas in dijudicandis perplexitatibus causarum erogabat; De Judiciis tamen à me semper (504) secundum Canones, & Jura expeditis lætari possum; de causis sanguinum (505) nunquam tractatis, & dè senten-

498 *S. Gregor. 2. p. Pastor. c.3.*

499 *Actor. 20. 20.*

500 2. *Cor.* 6. 4.

501 1. *Cor.* 4. 1.

502 *Concil. Later.* 3. *c.* 8. *Difficile est ut iniquorum evadat opprobria cui est amica Iustitia S. Leo Ser.* 5. *de Quadr.*

503 *S. August. de oper. Mon. c.* 29.

504 *Conc. Melden. c.* 39.

505 *Conc. Later.* 4. *c.* 18. *Concil. Tolet.* 11. *c.* 6 *Concil. London. c.* 8.

506 *Conc. Carth.* 4. *c.* 23.

tentiis(506) coram aliquibus de Clero semper prolatis. (507) Generali Vicario Presbytero, & (508) alienigenâ usus sum; Promotore, ac Officialibus(509) probitate, & eruditione laudandis:(510)Executoribus quoque non rapacibus, & iniustis, sed prò modo sui officii modestis. Ut (511) acta fideliter scribantur per Cancellarium incubui, & Scripturæ (512) in Archivio tutissimè custodiantur: (513) carentibus quoque detur ex officio Advocatus, & Causæ ne veterascant (514) citissime dirimantur. [515] Coepiscopis in Sententiis exequendis adstiti, nec minùs eorum brachium, [516] quam Secularium Judicum ad impios retundendos poposci. [517] *Cogitans cogitationes pacis, & non afflictionis*, errantes [518] charitate magis, quàm potestate percellere in votis habui: sed ne [519] facilitas veniæ impunitatem ad peccandum præstaret, quandòque vel invitus (520) *sacrificavi Sacrificium Justitiæ*; Tribulationes proindè, ac iniurias non semel sum passus, (521) *sed nihil horum vereor, nec facio animam*

mam

507 *Concil. Mediol.* 6. *tit.* 26.
508 *Concil. Mediol. Ac. Ec. Med. l.* 1. *de off. Vic. c.* 8.
509 *Concil. Turon. c.* 23. *Concil. Tolos. de Ep. Concil. Narbon. tit.* 26. §. *Officiarios.*
510 *Conc. Cabil.* 2. *c.* 21.
511 *Conc. Later.* 4. *c.* 38. & 42. *Conc. Ben. t.* 15. *c* 4
512 *Conc. Aquisextien. ann.* 1585. *Conc. Tolet. ar.* 3. *c.* 1. *Cōc.* 7. *Med. de Canc. Episc.*
513 *Concil. Tolos. c* 44.
414 *Concil. Carth.* 3. *c.* 2
515 *Concil. Aven. c.* 3.
516 *Conc. Melden. c.* 24 *Concil. Carth.* 4. *c.* 38
517 *Ierem.* 29. 11.
518 *Cōc. Trid. ses.* 13. *c.* 1
519 *Conc. Later.* 4. *c.* 14. *Concil. Vien. Clem. de off. Iud. ordin. c.* 1.
520 *Psalm.* 4. 6.
521 *Actor.* 20. 24.
522 1. *Timet.* 1.

Concil. Trid. ses. 24. *cap.* 8.

mam meam pretiosiorem, quàm me, dumodò consumen cursum meum, & ministerium, quod accepi à Domino. Itaque (522) publicè peccantes, publicè coercui, superbis restiti, humilibus Indulgentiam concessi: (523) Ecclesiasticam Immunitatem tum Personalem, cum realem cum (524) Thoma Cantuariensi defendi; Scandala inhonestatis cum (525) Stanislao Cracoviensi cohibui; (526) *Viros sanguinum, & dolosos* cum (527) Ambrosio Mediolanensi corripui; (528) *Mendaces* tandem *Filios hominum in stateris*, ac fraudolentos negociatores cum (529) Joanne Alexandrino correxi: temporalibus tamen remediis primum utens, nam ad cęsuras non nisi in Juris subsidium, vel (530) criminum adigente gravitate deveni.

Hæc sunt, Beatissime Pater, quibus Pastorale munus adimplere satègi, publica tamen, ut sæpè dixi, & notiora, (nam quoad intimiora, obstruendum est os meum ab his, quæ funt facta in occulto). Satis ergò per hæc

Concil. Rotom. c. 24.
Conc. Aven. c. 54.
Conc. Pari. c. 31
Conc. 7. Mediol. de Censur.

523 *Conc. Melden. c. 19 & 63.*
Concil. London. c. 13
Concil. Arausc. c. 5.
Concil. Aurel. 1. c. 1.
Concil. Tolet. 4. c. 47
Concil. Matisc. 1. c. 7
Concil. Paris. 5. c. 4.
Cōc Trid. se. 25. c. 20
Concil. Paris. ann. 1429. *c. 36.*
524 *Ex vit. S. Tho. Cant.*
525 *S. Stanislaus occisus quia Boleslaum Regem de inhonestate carpebat. Ex eius Vit.*
526 *Psalm.* 5. 8.
527 *S. Ambros. inuchit in Maximum occisorem Gratiani Imperat. & in Arbogastem occisorem Valentin. II. Imp.*
528 *Psalm.* 61. 10.
529 *S. Io: Elem. Episc. Alex. rerum vēditores iustis ponderibus uti coegit. Leont. Vit. S. Io: Elem. c. 3. & 34*
530 *Cōc. Trid. ses. 25. c. 3*

531 *Psalm.* 138. 5. hæc Sanctitas Vestra (531) *cognovit omnia mea novissima, & antiqua, cognovit sessionem meam*, & disciplinam meam, *intellexit cogitationes meas à longe, semitam meam*, & exercitia mea investigavit; Satis inquam
532 *Psalm.* 138. 16. (532) *imperfectum meum viderunt oculi vestri, & in libro vestro omnia scribentur.* Indulgeat quæso Sanctitas Vestra plura debenti, nec à minimo Antistitum ommissa repetens
533 *Psalm.* 142. 2. (533) *intret in Judicium cum Servo suo.* Enarrata si Episcopo sunt minora, sunt agentis exilitate majora; Sit prò illis Sanctitas Vestra comis, quæ prò omnibus est Clementia, & dum dé impleto munere rationem poscit, relata qualiacumque sint benigno vultu prospiciat: Eorum fidem si libet, probet, perquirat seriem, veritatem siscitetur, cuncta
534 *Psalm.* 65. 10. (534) *examinet, sicut examinatur argentum*, & Deo dante,
535 *Matth.* 5. 18. (535) *jota unum, vel unum apicem non præterisse* comperiet. Hæc refero, hæc peregi, quæ si pauca sunt, sciat Sanctitas Vestra, quod Ecclesiam subsidiis penè cunctis exinanitam, sortitus,
536 *Isai.* 63. 3. (536) *torcular calcavi solus*; si multa:
537 *Luc.* 17. 10. (537) *Cum hæc omnia fecerimus dicite quia servi inutiles sumus.*

Ad

Ad Pedes nunc Vestros provolutus (538) Andreæ Prævalitani Episcopi consiliis, Hormisdæ Papæ se anxiè commendantis; (539) Victricii Rothomagensis, ac (540) Exuperii Tolosani, sanctas instructiones ab Innocentio I. petentium; & [541] Cæsarii Arelatensis à Symmaco, (542) Norberti Meidemburgensis ab Innocentio II., atque (543) Thomæ Cantuariensis ab Alexandro III. confirmationem [544] Privilegiorum Ecclesiarum suarum enixè deposcentium, in hæc eadem verba humiliter mea Vobis vota depromo: Invocantem Beatitudo Vestra respiciat, rogantem audiat, præstolantem consoletur, ac tandem [545] *vultu in terram demisso* Vos [546] venerantem Apostolica Benedictione perfundat.



L CA-

538 *Card. Baron. ann.* 519.

539 *S. Victitius Episc. Rotom. normam rerum de discip. Eccles petiit Epist. ad Inn.*

540 *S. Exuperius Epis. Tolos. petiit instructiones ab Innoc. PP. Card. Baron. ann.* 404.

541 *Epist. Symmachi in Bibliot. Floriac. edit à Io: Celest.*

542 *In Concil. Remens. ut ex Vit. S. Norber.*

543 *In Conc. Turonen. ut ex Vit. S. Thom. Cantuar.*

544 *Concil. Constantinop.* 4. *c.* 20.

545 *Isai.* 49. 23.

546 *Exempl. Episcopor. Oriental. Epistol. ad Symach. PP. to. 2. Ep. Rom. Pont. Et Exempl. Andræ Ep. Præval scribent. Hormisdæ PP. Card. Baron. ann.* 519.


ET IN TER RA PAX

CATALOGUS
ECCLESIARUM PAROCHIALIUM
DIOECESIS
SARSINATENSIS.

Ad præscript. Conc. Aquen. tit. de Benef.

1 ECclesia Cathedralis, & Archipresbyteralis Sãctiſſimæ Annunciationis, & S. Vicinii Sarſinæ.

2 Eccl. Parochialis, & Abbatialis S. Salvatoris de Mõte Alto.

3 Eccl. Paroch. S. Ægidii de Sorbano.

4 Eccl. Paroch. S. Laurentii de Monre Petra.

5 Eccl. Paroch. S. Floræ de Sapigno.

6 Eccl. Paroch. S. Fortunati de Turrito.

7 Eccl. Paroch. S. Marini de Sagliaccio.

8 Eccl. Paroch. S. Mariæ de Quarto.

9 Eccl. Paroch. S. Andreæ de Careſto.

10 Eccl. Paroch. S. Mamantis de Ruſcello.

11 Eccl. Paroch. S. Chriſtophori de Valdagneto.

12 Eccl. Archipresbyt. SS. Coſmæ, & Damiani.

13 Eccl. Prioralis S. Mariæ Novæ de Foro Saraceno.

14 Eccl. Paroch. S. Leonardi de Taibo.

15 Eccl. Paroch. S. Laurentii de Monte Caſtello.

16 Eccl. Paroch. S. Petri de Monte Juſto.

17 Eccl. Paroch. S. Andreæ de Monte Saxo.

18 Eccl. Paroch. S. Mariæ Magdalenæ de Colonnata.

19 Eccl. Paroch. S. Blaſii de Rontagnano.

20 Eccl. Paroch. S. Laurentii de Piaja.

21 Eccl. Paroch. S. Mariæ de Bacciolino.

22 Eccl. Archipresb. S. Bartholomæi de Ranchio.

23 Eccl. Paroch. S. Blasii de Rulato.
24 Eccl. Paroch. S. Apollinaris de Civorio.
25 Eccl. Paroch. S. Laurentii de Petrella.
26 Eccl. Paroch. S. Marci de Bucchio.
27 Eccl. Paroch. S. Petri niani de Campiano.
28 Eccl. Paroch. S. Jo. Evangelistæ de Valderipa.

❧❧❧❧

29 Eccl. Archipresb. S. Cassiani de Monte Auriolo.
30 Eccl. Paroch. S. Martini de Aputeo.
31 Eccl. Paroch. S. Martini de Corneto.
32 Eccl. Paroch. S. Galgani de Pagno.
33 Eccl. Paroch. S. Jo: Baptistæ de Massa Rusticorum.
34 Eccl. Paroch. S. Sixti de Pereto.
35 Eccl. Paroch. S. Vitalis de Rivolpaja.
36 Eccl. Paroch. S. Laurentii de Nasseto.
37 Eccl. Paroch. S. Mariæ Assumptæ de Monte Ajusto.

❧❧❧❧

37 Eccl. Archipresb. S. Anastasiæ de Rivoschio.
39 Eccl. Paroch. S. Mariæ Pietatis de Glageolo.
40 Eccl. Paroch. S. Vicinii de Seguno.
41 Eccl. Paroch. S. Jacobi de Linario.
42 Eccl. Paroch. S. Romani.
43 Eccl. Paroch. S. Mariæ de Cigno.

❧❧❧❧

44 Eccl. Archipresb. S. Mariæ Annunc. de Monte Sorbo.
45 Eccl. Abbatial. S. Laurentii de Ceula.
46 Eccl. Paroch. S. Bartholomæi de Attegio.
47 Eccl. Paroch. S. Ægidii de Musella.
48 Eccl. Paroch. S. Mamantis de Falcino.
49 Eccl. Paroch. S. Andreæ de Piavola.
50 Eccl. Paroch. S. Stephani de Monte Guidone.

❧❧❧❧

51 Eccl. Archipresb. S. Mariæ de Vignola.
52 Eccl. Abbatial. S. Michaelis Arcangeli de Vergareto.
53 Eccl. Abbatial. S. Mariæ in Trivio de Mõte Coronario
54 Eccl. Paroch. S. Jo: Baptistæ de Cella inter Paras.

Elen-

Elenchus Ecclesiarum non Parochialium Diœcesis Sarsinatensis.

1 Ecclesf. S. Gregorii Sarsinæ.
2 Eccl. S. Hippolythi Sarsinæ.
3 Eccl. S. Antonii de Calbano.
4 Eccl. Abbatial. S. Mariæ de Romagnano.
5 Eccl. S. Floræ de Sapigno.
6 Eccl. S. Mariæ de Valbiano.
7 Eccl. S. Blasii de Plandogna.
8 Ecclesia S. Mariæ de Mangano.
9 Eccl. S. Laurentii de Licciola.
10 Eccl. S. Mariæ de Galassino.
11 Eccl. S. Mariæ de Ponte Fori Saraceni.
12 Eccl. S. Mariæ de Vita Fori Saraceni.
13 Eccl. S. Francisci propè Hospitium Capuccinorum Fori Saraceni.
14 Eccl. S. Mariæ de Cella Montis Justi.
15 Eccl. S. Blasii de Rontagnano.
16 Eccl. S. Mariæ Paradisi de Meleto.
17 Eccl. S. Philippi, & Jacobi de Colonnata.
18 Eccl. S. Petriniani de Senzola.
19 Eccl. S. Andreæ de Monte Splano.
30 Eccl. S. Mariæ de Gretis.
21 Eccl. S. Blasii de Massa Taibi.
22 Eccl. S. Mariæ ad Nives de Monte Castello.
23 Eccl. S. Michaelis de Monte Castello.
24 Eccl. S. Mariæ de Puteo Montis Saxi.
25 Eccl. Abbatial. S. Bartolomæi de Ranchio.
25 Eccl. Sanctissimi Sacramenti de Castro Ranchii.
27 Eccl. S. Stephani de Petrella.
28 Eccl. S. Erculani de Rulato.
29 Eccl. S. Benedicti de Rulato.
30 Eccl. S. Petri de Chianetra.
31 Eccl. S. Mariæ Magdalenæ de Para Montis Aurioli.
32 Eccl. S. Antonii de Caiguasco.
33 Eccl. S. Petronillæ de Massa Rusticorum.
34 Eccl. S. Nicolai de Casalecchio.

35 Eccl. S. Caroli de Plano.
36 Eccl. S.Mariæ de Pagno.
37 Eccl. S. Christinæ de Pagno.
38 Eccl. S.Christophori de Rivolpaja.
39 Eccl. S. Sebastiani de Rivolpaja.
40 Eccl. S.Bartholomæi de Pastorale.
41 Eccl. S. Marinæ de Viezza.
42 Eccl.B.Virg.Mariæ de Corneto.
43 Eccl. S. Luciæ de Taverna.
44 Eccl. S. Jo: Evangelistæ de Barciano.
45 Eccl. S. Matthæi de Rivoschio.
46 Eccl. S.Laurentii de Monte Olivo.
47 Eccl. S. Mariæ ad Nives de Linario.
48 Eccl. S. Mariæ de Bonatta.
49 Eccl. S. Petri de Corbara.
50 Eccl. S. Hieronymi de Vultra.
51 Eccl. Nativit. B. M. Virginis de Glageolo.
52 Eccl. S. Benedicti de Poggiolo.
53 Eccl. S.Erculani de Monte Sorbo.
54 Eccl.S.Luciæ deMōte Sorbo
55 Eccl. S. Christophori de Cerfolio.
56 Eccl. S. Petriniani de Finoculo.
57 Eccl. Nativit. B. M. V. de Piavola.
58 Eccl. S. Antonii de Ceula.
59 Eccl. S. Vicinii de Ceula.
60 Eccl. S.Mariæ de Balzis Vignolæ.
61 Eccl. S. Michaelis Archangeli de Colorio.
62 Eccl. S. Mariæ de Cameragio.
63 Eccl. S. Mariæ de Monte Coronario.
64 Eccl.S.Rocchi de Capanna.
65 Eccl. S. Alberici.
66 Eccl. Sanctissimi Sacramenti de Verghereto.
67 Eccl. S.Rocchi de Verghereto.
68 Eccl. S. Mariæ ad Nives de Verghereto.
69 Eccl. S. Alexii de Verghereto.
70 Eccl. S.Romualdi de Cruce Verghereti.
71 Eccl. S. Petri de Montione.
72 Eccl. S. Mariæ de Valsparviera.


Quæ omnes Ecclesiæ una cum Parochialibus habent Altaria in totum 289.

Alludit Conc. Mediol. Act. Eccl.Med. l.3. t.31. c.18.

Eccle-

Ecclesiæ Abbatiales sunt.

1 ECcl. S. Salvatoris Montis Alti.
2 Eccl. S. Bartholomæi Ranchii.
3 Eccl. S. Laurentii Ceulæ.
4 Eccl. S. Michaelis Archangeli Verghereti.
5 Eccl. S. Mariæ in Trivio Montis Coronarii.
6 Eccl. S. Laurentii Piajæ.
7 Eccl. S. Mariæ de Romagnano.



Parochi amovibiles.

1 S. Salvatoris in Sumano.
2 S. Michaelis Archangeli Verghereti.
3 S. Mariæ in Trivio Montis Coronarii.
4 S. Jo: Baptistæ Cellæ inter Paras.
5 S. Mariæ Montis Ajusti.



Synopsis Beneficiorum Diœces. Sarsinaten.

ARchidiaconatus unica Dignitas.
Undecim Canonicatus Cathedralis.
Duæ Mansionariæ Cathedralis.
Juspatr. ass. de Spadonis in Cathedrali Sarsinæ.
Juspatr. ass. de Fabris in eadem Ecclesia.
Juspatr. ass. de Rigucciis in Parochiali Rontagnani.
Juspatr. ass. de Guidis in Eccl. Paradisi Meleti.
Juspatr. ass. de Giorgettis in Priorali Fori Saraceni.
Juspatr. ass. de Fabianis in Eccl. S. Mariæ de Ponte Fori Saraceni.
Juspatr. ass. de Ranfonis in dicta Ecclesia.
Juspatr. ass. de Goris in dicta Ecclesia.
Juspatr. ass. de Baptistinis in Archipresbyterali S. Damiani.
Juspatr. ass. de Boschis in Eccl. S. Mariæ de Puteo Montis Saxi.
Juspatr. ass. de Montaltis in Parochiali Montis Petræ.
Juspatr. ass. de Benedictis in

dicta

dicta Ecclesia.

Juspatr. ass. de Perettis in Oratorio Sapigni.

Juspatr. ass. de Radettis in dicto Oratorio.

Juspatr. de Predis in Plebe Ranchii.

Juspatr. ass. de Tonsiis in dicta Ecclesia.

Juspatr. ass. de Liveranis in Eccl. Ranchii.

Juspatr. ass. de Ubertinis in Oratorio Ranchii.

Juspatr. ass. de Ghisellis in dicto Oratorio.

Juspatr. ass. de Corbariis in Oratorio Glageoli.

Juspatr. ass. de Mengaccinis in Eccl. Bonattæ.

